

VITA  
**S. BERNWAR-**  
**D I X I I . H I L D E S H E I**  
MENSIS ECCLESIAE  
EPISCOPI.

*AVTORE TANGMARO PRES-  
BYTERO.*

ACCESSIT CANONIZATIO EIVSDEM:  
ET

TRANSLATIO S. EPIPHANI TICINENSIS  
EPISCOPI.

OMNIA RECOGNITA ET IN LUCEM DATA A  
R. P. Christophoro Brouvero, Societatis IESV  
Presbytero.



MOGVNTIAE,

Ex TYPOGRAPHIA IOANNIS Albini.

ANNO M. DC. XVI.

ATIA  
S. BERNARDI  
DI XI. HILDEBRANDI  
MUNISIS LEGEBRAT  
EPISCOPORUM  
ACCEPIT CANONIZATIO EIVAS DEDICATA  
TAMPAZIO S. EPAPHNIUS TICINENSIS  
GUNNA ELEGAVIT ET IN PACE DUXIT



MOEVIATI  
EX TITULIS LIBRARIAZ MELLITARIAZ  
SALVINO GREGORI

DE SÁNCTO BERNVVARDO.



EPISTOLA. N.

AD SIGEFRIDVM  
II. EPISC. HILDES-  
HEIM.

S. Bernvvardus ex gente Saxonum primus SAN-  
CTORUM numero adscribi meruit.

DITMARVS.

Chron. lib. IV.

Venerabilis in omnibus Mathildis (filia M. Otto-  
nis & Abbatissa in Quidelinburg) moriens Bernvvard-  
um S. Hillinessemens. Eccl. tunc Pastorem vocauit:  
& accepta ab ea, quam postulauit Indulgentia, VIII.  
Id. Febr. hominem exuit.

Lib. VII.

Bernvvardus Venerabilis PASTOR. Tum de ipso  
& Suitigero Monasteriensi. HI PATRES AMBO  
PII FVERVNT.

Albertus Crantzius Metrop. Lib. III. cap. XLIX.

Verbo & exemplo solliciti PASTORIS, boni PA-  
TRIS. Opt. PÆSVLIS partes egisse, viuum &  
mortuum claruisse miraculis, suoque merito  
relatum in Sanctorum nu-  
merum.



# INCIPIT PROLOGVS TANGMA RI PRESBYTERI IN VITAM S. BERNWARDI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

fol. 12. **I**uñæ prouidentiæ sapientem admirabilemque dispositionem, ratio humana, nec liquide intueri, nec dignè suppetit admirari. Miris enim diuinæ clementiæ beneficijs, quotidianis successibus sustentamur; ut grauis culpa videatur esse, Dei laudes tacere, cum manifestissime scriptum sit. *Sacramentum Regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum est.* His itaque angelicis oraculis persuasus, imo compulsus, ego peccator & indignus Presbyter Tangmarus, humillimus quoque sanctæ nostræ Ecclesiæ Bibliothecarius, & Notarius magnifica gesta memorabilis viri, Domini scilicet Bernwardi nostri Episcopi colligere aggressus sum, non vanitatis fastu prouocatus, Deo teste, sed si quid imitabile Dei clementia, in illis eluceret, diuinæ pietatis gratiam, de cuius rore fluxit, posteris prædicarem, & illos tali exemplo, ad profectum

vir-

virtutum incitarem. Et, quia hoc ipso ignorante, subire temerarium sciui, diu cunctatus, haec publice cum illo confabulari, tandem oportunitate nacta, aditum tentaui. Primo itaque forti auctoritate aduersabatur mihi: nam in cunctis iactantiam & popularem fauorem, ceu mortiferum venenum vitabat. Tandem, cum saepius ingererem, graue peccatum esse, bona opera caelare, ne alii tali exemplo proficiant, cum Dominus dicat, *luceat lux vestra coram hominibus, &c.* cessit meo arbitratu, quæ compingenter reliquens, quia à puerō mecum usque ad iuvenilem aetatem conuersatus, quasi filius, patri familiarius adhæsit, & conuixit: nec aliquid in omni studio eius vitæ meam conscientiam fraudare potuit, quin plenissime scirem.



DE S A N C T O



INCIPIT VITA

S. BERNWARDI PER  
TANGMARVM COMPLI-  
L A T A.

S Bern-  
wardi pro-  
genies  
Puer Osdago  
Hildef-  
hem Epi-  
scopo offer-  
tur.

Hildeshe-  
mij & Tang  
maro eru-  
ditur.  
Ingenio &  
diligentia  
antecellit  
aequalis.

Exorcista  
ordinatur  
ab Osdago.

Ingenium  
Bernewar-  
di magister  
explorat.

\* equitat-  
eum.  
Exercita-  
tiones ua-



R T VS est igitur egregiæ indolis puer Bernwardus, claro nostræ gentis sanguine, ex filia Athelberonis Palatini Comitis: & traditur Domino Osdago nostro Episcopo à suo auunculo religioso Diacono Folcmaro, post quoq; Traiectensi Episcopo; & amborum diligen-  
tia, meæ paruitati, qui Primicerius scholæ puerorum præoram, litte-  
ris imbuendus, moribus etiam instruendus deputatur. Quem omni  
deuotione suscepimus, intellectus illius capacitem, primo diuinæ  
paginae leuiore lacte, tentandam existimauimus. Mox itaq;, ut de sancto  
Daniele legitur, inueni in illo decuplum in omni intelligētia super  
coœuos eius. Mirum nempe in modū tenera ætas cælesti irradiata lu-  
mine, subtili meditatione interiora diuini sophismatis iugis studio ri-  
mabatur. Nunc cōmuni studio cū alijs, nūc, quos diligētores in san-  
cto meditamine cernebat, seorsim familiari⁹ assumēs p̄positis quæ-  
stionib. scrupulosa quæq; ad medullā euentilabat; more prudētissi-  
mæ apis singulas lectiones, quas in scholis in diuersis libris expone-  
bā, remotiori loco sedēs, intento auditu captabat, quæ tamē poste  
pueris considerēs felici furto perfectè docebat; & illorū scientiæ impri-  
mebat. Gratāti deniq; affectu amplectebat, felicifurto lectionis, pue-  
rū insudare; multoq; vigilatius institi ingeniū illius ad scientiā veri  
sophismatis excitare. Nihilominus ergo venerabilis Dominus Os-  
dagus, quodā meriti præsagio, magnū quid futurū in illo præuidēs,  
Exorcistā ordinauit; diligentius me adhortatus, itē itemq; curam il-  
lius agere, quē etiam mecum interdum in seruitū Domini Episcopi  
extra monasteriū excedens, ducebā; vt illius ingenium, q; in multi-  
tudine Epheborū discernere, & ad votum meū discutere nō potui,  
illis remotis, singulari studio subtilius diligentiusq; euentilarē, mi-  
rumq; in modū vario virtutū pigmentario, vltra id ætatis respersū  
reperiem. Nam sāpe totum diem inter equitatum \* studēdo attri-  
būmus; nuncllegendō non minus prolixā lectionem, quam si in scho-  
lis ad

B E R N W A R D O.

lis ad hanc vacaremus: nunc poëtizādo per viā metro collusimus; <sup>via disfō-  
plinarum.</sup> inde ad profaicam palestram alternantes exercitium; interdū sim-  
plici contextu rationem contulimus, s̄epe syllogisticis cauillatio-  
nibus desudauimus. Ipse quoque me crebro', et si verecunde, acu-  
tis tamen & ex intimo aditu Philosophiæ prolatis quæstionibus sol-  
licitabat; tanta ergo facilitate eupitum eius ingenium mihi applau-  
debat: p̄ne enim nulla hora, nec refectionis quidem, desidiaz il-  
lum arguebat. Et quanquam viuacissimo igne animi, in omni libe-  
rali scientia deflagraret, nihilominus tamen in leuioribus artibus,  
quas mechanicas vocant, studium impertiuuit. In scribēdo verò, ap-  
primè enituit. Picturam etiam limate exercuit. Fabrili quoque sci-  
entia & arte clusoria, omnique structura mirificè excelluit, vt in-  
plerisque ædificijs, quæ pompatico decore composuit, post quo-  
que claruit. In negotijs verò domesticis, & ad vsum familiaris rei per-  
tinentibus viuacissimus executor, ac si à puero in eis innutritus,  
calluit. Huiusmodi D̄ o grata & hominibus accepta indolis  
gratia, Domino Episcopo apud quem versabatur, omnique con-  
gregatione, dignus & familiaris efficiebatur, propinquorum  
que dilectioni probatissimus habebatur. Auus quippe eius A-  
thelberō Palatinus Comes, vit plurima virtutum laude insignis,  
qui commissæ præfecturæ exactiōem magis ex debito, quam ex  
intentione gerebat, cum prole vtriusque sexus, felicissimè abunda-  
ret, hunc præclarum adolescentem primis auspicijs pubescentis  
decoris florentem, in affectum filij adoptauit. In quo, quia salutaris  
confilij stationem saluberrimam reperit, familiarius sibi adiunxit;  
vt ne minimum quid, sine eius consultu ageret.

Adeptus ergo à Willegiso venerabili Archiepiscopo Subdia-  
conatus gradum, aliquandiu cum illo conuerstatus est, & cum pro-  
pter morum honestatem ac vitæ probitatem, religionis profectum  
in illo sentiret, Diaconum illum ordinauit; interiecto que non lon-  
go spatio, Presbyterij cum honore sublimauit. Reuersusque ad præ-  
fatum Comitem suum, videlicet auum, affectuōfissimè ab illo est fu-  
sceptus; plurimumque rogatus, ne ab eo discederet, facile acquie-  
uit. Cui, tanta humilitate ac instantia famulabatur, vt ceteris refri-  
gerandi causa interdum remotis, ipse dies noctesque continuans,  
indefessus ei adhæreret, ægri senis & æuo pleni imbecillitatē pa-  
tientissimè moresque supportaret; Inter ipsum & familiam mediis  
incederet, salutaribus monitis quotidie illos adagenda informans,  
curam illorum apud Comitem, vigilanti benignitate frequentans.  
Pro paterno quoque affectu ad filios totum se profudit; magnam-  
que gratiam inter illos conciliabat.

Mechanicis  
operam  
quoque dat  
Bernward  
aus.  
Architec-  
tiva.

Athelberō  
comes Pa-  
latinus  
Bernward  
di auos.

Nepotem  
adoptioni.

Bernward  
dus à Wil-  
ligiso Mo-  
guntino  
Archiepi-  
scopo grā-  
datum ordō  
natūm Pref-  
byter.  
Bernward  
diserga-  
num pie-  
tas.

## DE S A N C T O

Et quamuis in huiusmodi familiaritate, inuidia facile subrepatur  
hanc maxima cautela in plerisque declinabat. Inter patrem quo-

*Folcmarus  
Trascedens  
sis Episcopu  
pus annun  
catus Bern  
wardi of  
fert illis Da  
mentriensis  
canobij  
Propositu  
ram.*

que & filium, Dominum videlicet Episcopum Folcmarum inter-  
nuntius saepe discurrebat; magnamque inter illos familiaritatis  
gratiam conciliabat. Ipsi quoque Episcopo tantum complacuit, ut  
Dauentriensi coenobio, sua vice, illum praeponere vellet; fitque in-  
ter Episcopum & Comitem de tanta indolis iuuenc religiosa con-  
certatio, ut uterque pro morum gratia illum sibi adoptare inten-  
deret. Sed ipse imbecillis aui infirmitatem sustentare, quam Epi-  
scopales delicias appetere, malebat. Cum quo usque ad diem sui

*S. Bern  
wardus  
Palatinus  
capellanus  
adscribi  
tur sub Ot  
tione III.  
\* Theoph  
ania Theo  
phane &  
Theophano  
Aug.  
\* fide  
Præficitur  
Ottonis III.  
formandis  
moribus &  
ingenuo ex  
coledo.*

exitus fidei deuotione desudabat. Quod defuncto, ad Palatium se  
contulit in seruictum videlicet tertij Ottonis Imperatoris, qui se-  
ptennis adhuc puer, cum venerabili & sapientissima matre Domi-  
na Theuphana\* Augusta rebus præerat. A qua hic venerabilis iu-  
uenis benignissime suscipitur; atque in breui summae familiaritatis

*Educatio  
nis proba  
munus se  
stinet S.  
Bernward  
dus.  
Theophana  
Aug. Neo  
magimori  
tur.  
Otto Bern  
wardus con  
silio regi  
tur.*

locum apud illam obtinuit; adeo, ut Dominum Regem \* fidei il-  
lius litteris imbuendum moribusque instituendum, consensu cun-  
ctorum procerum, commendaret. In quo ita excelluit, licet quo-  
rundam inuidia morderetur, ut puer imperialis in discendo mirifice

*\* fide  
Præficitur  
Ottonis III.  
tio eius ingenium feriaret. Et cum alij Regi puero adulando obso-  
querentur, adeo, ut ludicra, & quæ tenera ætas poscebat, illi per-  
suaderent. Imperatrix etiam verita affectum filij sibi præcipi, in e-  
iusmodi fauore in tantum emollita esset, ut ad omnia, quæ puerilis*

*ætas illum impelleret ipsa gratissimo affectu consentiret: hic solus  
tanta arte institit, ut non faciendis metu illum prohiberet, & ta-  
men plenissimo affectu eius animum sibi colligaret. Interea Domi-  
na Theophana Imperatrix apud Neomagum, maximo dolore to-*

*tius Regni, rebus excessit. Vnde Dominus Rex utroque parente de-  
sertus, totum le regendum in stationem fidissimi magistri contulit.  
Huius consilio examinabat, quodcumque alij adulando persuade-  
bant; quia, quamuis in puerilibus auspicijs otiaretur, altiori tamen  
industria quorundam simulationes præuidebat. Præcipua itaque  
familiaritate Magistrum suum amplectebatur, nec ab ullo inferius  
tractari patiebatur, quem vniuersali virtutum decore respersum  
venerabatur.*

*S Bern  
wardus e  
legitur Epi  
scopus Hil  
densemens  
sis.*

Peridem tempus venerabili Domino Gerdago decedente, hic  
religiosus iuuensis Bernwardus, votis omnium ad Pontificatum e-  
legitur. Et, cum plerique nobiles clerici Palatina militia diu cer-  
tantes missionem optarent, consensus tamen omnium in hunc  
Deo electu iuuem concordabat. Communi igitur electione san-  
cta Hil-

cta Hildensemensi Ecclesiæ ordinatur Episcopus à Willegiso AVVille-  
giso conse-  
cratur  
Anno 999.  
Archiepiscopo XVIII. Kalend. Februarij Anno Incarnationis  
Dominicæ, nongentesimo nonagesimo tertio. Indictione sexta.

Adeptus itaque Pontificatum, quinta continentia iuuenile corpus ad virtutum culmen coegerit dici non potest; modum in cunctis præcipue amplectens, iuxta illud viri sapientis. Ne quid nimis. Morum quoque grauitate mirifice senes ipsos superabat; adeo ut subditos seueritatis censura ad agenda in plerisque institueret. Frugalitatem vero in appetendis ciborum delicij, in eo laudiare vix vllus sufficit. Tempore vero nocturnæ quietis stratis compositus, lectioni interdum circa galli cantum intendebat; saepè somnum interruptens, furtiuè orationi, donec clerici ad Matutinos hymnos consurgerent, vacabat. Hymnis expletis, multoties psalmodiam in diurnum usque crepusculum, extendebat. Deinde aliquantulum pausans, corpusculum recreabat, donec item diluculo Canonicum cursum Primæ horæ persoluebat; Quo expleto, quasi regulariter sub disciplina constitutus, Capitalum cum fratribus, qui secum conuersabantur, adiit; feriam quoque & lunctionem, nomina etiam fratrum, quorum annualis memoria instabat, quotidie recitari iubebat. Oratione vero peracta, circatertia horam ad Missarum solemnia, festiva celebratione procedens, magna animi contritione, seipsum Domino profudit. Inde in publicum progressus, Fôrenses causas & oppressorum negotia breuiter examinabat; quia ingenio ac facundia apprimè callebat: sicque operiebatur Clericum dispensatorem, qui eleemosynæ & pauperibus præterat; quorum multitudinem, centenos videlicet, & eo amplius diætim abundantissimè refecit; plerosque etiam vel argento vel cæteris subsidijs, prout facultas concessit, subleuabat. Inde officinas, vbi diuersi usus metalla fiebant, circumiens, singulorum opera librabat, donec circa Nonam, omnibus rite peractis, cum timore & benedictione Domini, ad mensam fratrum populi que stipatus frequentia, confedit; non pompatice quidem, sed religioso silentio cunctis adlectionem honestissima disciplina intentis; quæ inter cænandum non breuis legebatur. Infirmis quidem fratribus, & senio confectis benedictionem de manu sua hilariter dirigebat, cum tamen nullum egenum in vrbe vel in suburbio, quem scire posset huiusmodi pietate priuaret. Ita quippe, iuxta Apostolum, omnia omnibus esse desiderabat, ut omnes in Christo lucifaceret.

Arduum & difficile est quotidianum eius studium verbis perstringere; quia, Deo teste, omni nisi inter diem noctemque persta-

1 Corinth.c. 9.Excitatstudia di-versarumartium.

bat in diuinis ; nihilominus quoque cunctos sibi adhaerentes ad huiusmodi negotium, ut ita dicam, ultra vires impellebat; nec aliquid artis erat quod non attentaret, etiam si ad vnguem pertinere non valeret. Scriptoria namque non in Monasterio tantum, sed in diuersis locis studebat, vnde & copiosam Bibliothecam tam diuinorum quam Philosophicorum codicum comparauit.

Scriptoria.

Pictoria &  
Calatura.Argento-  
mio.

Musica.

Ottoni III.  
sedulo in  
Resps admi-  
nistratio-  
ne d'opera.Barbarie.  
& Sclavis.  
Saxoniam  
infestanti-  
bus occur-  
rit.Limitem  
Episcopatu-  
s prae-  
dicto firmat.

Picturam vero & fabrilem, atq; clusoriam artem, & quicquid elegans in huiusmodi arte excogitari, vel ab aliquo inuestigari poterat, nunquam neglectum patiebatur; adeo ut ex transmarinis & Schotticis vasibus, quæ Regali Maiestate singulari dono deferebantur, quicquam rarum vel eximium reperiret; incultum transfire non sineret; in geniosos namque pueros, & eximia iadolis secum vel ad curtes ducebat, vel quocunq; longius comicebat: quos quicquid dignius in illa arte occurrebat, ad exercitium impellebat. Musiuum præterea in paumentis ornandis studium, nec non lateres ad tegulam, propria industria, nullo monstrante, composuit: Et ut breuiter pstringam, nec punctum temporis in otio supsedebat: sed fidelis Dominicæ familiæ dispensator conseruis suis necessaria subfida fideliter ministrabat. Et cum in Christi gazophylacio, quæque idonea sciuit fidei deuotione congereret, nō minus tamé Cæsar sua, iuxta Euangeliū persoluebat. Nam tertio Ottoni Imperatori, affectuosisimo animo, p scire ac posse obsequebatur; vnde & multorum inuidia in se commonebat, qui indignabatur illū vigiliori studio Reipublicæ negotia obire. Saxonia quippe magna ex parte piratarū, ceterorumq; barbarorum feritate depopulata, continuis latrocinantiū incursionibus sine intermissione patebat. quā pestem Reipublicæ depellere magno sui suorumq; periculo sempinstabat: & nunc cum alijs, interdū quoq; cum suis solus sup eos irruens, fortiter illos attruerat. Sed eū huiusmodi irruptiones sedari nullo modo possent, quippe cum barbari, qui vtrumq; littus Albiæ, & naues omnes sua ditione tenebant, nauali euunctione per omnē Saxoniā facillimè se infunderent; vigilantissimus Dei Pōtifex curā comissæ sibi plebis agēs, quomodo populū Dei de sauitia barbarorū eriperet animo fluctuabat. Furorē namq; sui impetus pñne Hildensem vsque intentabant: & ipsum sanctum locum prædam, sibi pmittebāt. Diuino itaq; instinctu in extremo fere sui Episcopatus, ubi flumina Alara & Onekara cōfluūt, munitiunculā admodū munitā exstruxit; in qua copijs militū dispositis, barbarorum impetu repulit, populumq; Dei ab hostili feritate liberauit. Dei namq; gratia tanta securitas pacis per illum in locis illis, fidelibus

con-

condonata est, ut nihil damni vel periculi postea à barbaris patet. Hac industria Christi Sacerdotis barbarico tumultu in illis locis eliminato, acrius in circumsita loca debachati sunt. Vnde vigilans mus divini gregis Pastor, typo Christi sui Domini aduersarijs Ecclesiae, exultans ad currēdam viam ut fortis gigas, se opposuit, & in rure Vorinholt nuncupato, ubi tutissima illorum statio fuerat, liber quoque latrocinij excursus, quo cunque suæ fraudis insidias intentarent, præsidium munitissimum instituit: fossis quoque aquarumque meatibus, per riuum influentibus tu-  
tissimum reddidit. Copias quoq; militum victu & armis cæterisq;  
necessarijs instructas, abundantissimè collocauit. Diuina itaq; gra-  
tia periculo fissimum locum populo Dei pacificū fecit & tranquil-  
lum: in tantum, ut omnis puritia diabolicae ac barbaricae fraudis  
eliminata, barathrum irruptionis & hostilis incursionis locum fa-  
ceret orationis: & oraculum Sancti Lamberti Pontificis & Marty-  
ris Deo consecraret: atque ab illo die, summa pace Ecclesiae Chri-  
sti reddita, ab omni hostili impetu Dei populus viuacissimi prou-  
foris industria, quietissimè feriaret. Pro his & ceteris beneficijs, que  
deuotissimo studio in Rem publicam populumq; fidelem exercu-  
it, multorum & maximè Principum in se inuidiam & indignationem  
commouit. Vnde & à Moguntino Archiepiscopo plura, & mise-  
randa apertis inimiciis est perpessus, cuius animositatem patien-  
tissimè ferens, diuina ac Regalia benignissimè administrabat.

Et licet plura, copiosissimis impensis, ad repellendam saeviti-  
am barbaricam foris impenderet, dic non potest, quanta in Epi-  
scopatu ad vsum Ecclesiae suæ contrulit. In prædijs namque tanta  
concessit, ut triginta vel plures præcipuos curtiles cum Litorū ac  
colonorū famulis, clarissimis ædificijs prænitentes, cōpararet, cū  
in alijs innumerabilibus locis decē mansos vel octo, aut minus aut  
plus, p vt casu acciderat, in possessionē Ecclesiae suæ cōferret. An-  
tiqua quippe loca ab antecessoribus suis possessa; quæ ille inculta  
reperit, optimis ædificijs collustrauit, inter quæ quædam eleganti-  
ori scheme, albo ac rubro lapide intermiscens, musiuia pictura  
variè pulcherrimum opus reddidit. Quid dicam, quo studio san-  
ctum locum nostrū vel principalem Ecclesiam nobilitauerit? cum  
scipsum & cuncta, quæ habere potuit, in eius vsum impertiri malu-  
erit. Testantur eius opera, quæ futuro suo pium illius animi votū  
apertis loquuntur indicijs; Ecclesiam namque miro studio decora-  
re ardenter instabat: vnde exquisitæ ac lucidâ picturâ tam parie-  
tes quam laquearia exornabat, vt ex veteri nouam putares. Fecit  
& ad solemnum processionem in præcipuis Festis, Euange-

Vorinholt  
hostiles  
fortiore  
propaganda  
culo tue-  
tur.

Hildefemi-  
sem agrum  
reddis pa-  
catum, &  
S. Lamberti  
exstruis  
in hostico  
sacellum.

Inuidia  
eius felici-  
tatis & re-  
tæ factis  
insidiatur.

Ecclesia  
fundis &  
mansiones  
aucta.

Templum  
abeo mi-  
rifice exor-  
natum &  
dosatum.

*Codices.*  
*Thuribula.*  
*Calices.*

*Corona.*

*Mavorum  
ambitu Hil  
densium  
& turri  
bus cingit.*

*S Crucis  
Sacellum  
adficat, ei-  
que salutis-  
fers ligni  
partem Ot-  
tonis III.  
donum in-  
fert.*  
*Crux S.  
Bernvar-  
di arte, &  
miraculo  
elaborata.  
+ apices  
forte.*

*Crucis  
Bernvar-  
dianami-  
racula &  
beneficia.*

*Sacelli S.-  
Crucis de-  
dicatio  
906.*

lia auro & gemmis clarissima : thymiamatheria quoque pretij & ponderis magnifici : calices nihilominus plures, & vnum ex onychino , alterum verò crystallinum mira industria apposuit. Adhuc autem vnum aureum, valentem libras viginti publici ponderis ex purissimo auro, in usum ministerij conflauit. Coronam quoque argento auroque radiantem miræ magnitudinis, in facie templi suspendit; & alia perplura, quæ supersedenda putauimus, ne fastidium prolixitate ingeramus. Sanctum quoque locum nostrum murorum ambitu vallare summa instantia aggressus , dispositis per gyrum turribus , tanta prudentia opus inchoauit , vt de core simul ac munimine veluthodie patet, simile nil in omni Saxonia inuenias.

Sacellum etiam splendidum valde foris , nimirum in honore mirificæ crucis exstruxit ; cuius etiam aliquantam partem , largiente Domino tertio Orthone Augusto Imperatore, ibidem clarissimis gemmis auroque inclusam condidit ; vbi etiam diuina pietas plurima suæ pietatis indicia, apertis signorum miraculis per virtutem sanctæ Crucis ostendit. Inter quæ illud unicum , quo Dominus Antistitis nostri deuotionem consolari dignatus est , insecre libet . Nam venerabilis Pontifex Bernvvardus , thecam auro gemmisque lautissimam , in qua viuiscum lignum includeret , paravit , & cum , ex tribus particulis sancti ligni , quartam si fieri posset , excidere tentaret , vt per singulas \* absides singulas conderet portiones , ne gracilitas vel paruitas , quacunque ex causa sectionem admitteret : cum deuotissimus Dei famulus animo fluctuaret ; ecce subito inter manus ipsius Antistitis , quarta pars sacratissimi ligni , angelico , vt creditur ministerio sibi delata , apparuit . Mox igitur Praeful Christi , latus lignum sanctum per quatuor absides paravit . O quanti inde potentes ardorem vehementissimæ febris sapientis , virtute sanctæ crucis , restinguabant ! Multotiens ortam aeris inæqualitate pestilentiam fideles , hoc viuisco ligno se suaque lustrantes , sedauerunt . Nimiam etiam siccitatem , prolato in publicum hoc singulari ligno , pluuijs imperantes , repulimus ; multaque virtute , sanctissimi triumphi , fiunt quotidiana remedia , dum quisque marenis ibi prostratus prompta percipit solatia . Ipsum verò Sacellum sanctæ Crucis vario decore perfectum dedicauit / quarto Idus Septembbris anno incarnationis Dominicæ nongentesimo nonagesimo sexto ; Indictione nona ; Regni verò glorioissimi tertij Ottthonis Imperatoris decimiertij imperij primo , ordinationis autem suæ quarto : Exornatio locumque quondam dumis & yepribus horridum vicinis incolis , gloria

gloria tibi Christe, ex tuis datis, baptismi, sepulturæ, vñctionis eternum fecit solatium.

Pro talibus igitur alijsque piæ deuotionis actibus ; quibus ad Ecclesiæ utilitatem omni nisu mentis & corporis insudabat, tam Deo, cordi interius præsideti, quam Ecclesiæ operis effectum exteriū approbanti felicis memoriæ Præful acceptissimus erat: & ideo s. Bernwardus consequens fuit, ut vir beatus, cui, sicut de sancto Iob legitur, tunc temporis in terra similis non fuisse putabatur, per tentationis incommoda, sicut aliarum virtutum, etiam humilitatis & patientiæ præconio mirabilis, cunctis ostenderetur.

Anno itaque ordinationis suæ octauo graibus insecurorum molestijs pro territorio Gandensem ab Archiepiscopo Willigiso, plane contra Ecclesiasticas sanctiones impetratur; sed eis, minime à solitæ humilitatis, & patientiæ tenaci obseruantia mouetur. His tamen, quæ Archiepiscopus non tam iustæ rationis executio-  
ne, quam liberæ potestatis præsumptione attentabat, auctoritatis constantia, non temeritatis audacia sagacis ingenij vir obuiabat: & secundum illud Pauli, *Quamdiu gentium Apostolus sum, ministerium meum honorificabo*, quoadusque Ecclesiæ Christi pastoris vice præfuit Episcopatus sui iura in proprij honoris statu conseruari, summa sollicitudine procurauit, quod & Deo annuente, laboriosè licet, obtinuit Sed ne similis controuersia, de ipsa Gandensem Ecclæsia valeat oboriri, omnem disceptationis ordinem, inter Mogontiensem Archiepiscopum & venerabilem virum Dominum Bernwardum hic inserere commodum duxi. Necessarium autem reorista paulo altius indagando repetere, quod tamen lectori minimè debet esse onerosum, quia posteris fortasse in multis erit profuturum.

Territorium Gandensem, situm in Pago Flencchi cum adiacentibus villis ad prouisionem Hildensem Episcoporum, ex quo primum Episcopia per Saxoniam sunt disternimata, certum est, pertinere. Quod ex hoc cunctis scire cupientibus liquido appetet; quia ab ipso principio nouellæ Christianitatis, nostræ gentis, etiam ante constructionem præfati Monasterij ad curam nostri Episcopij pertinebat. Temporibus namque Domini Altfredi, qui quartus Ecclesiæ nostræ Antistes extitit, Luidolphus Saxonæ Dux cum religiosa coniectrice sua Oda, magno studio in diuino cultu accensi, consilio Antistitis præscripti, Romam perrexit: ibique à Domino Sergio Papa magnifice suscepit, cum votum illorum in diuinis agnouit, datis reliquijs sanctorum Præsulum Anastasij & Innocen-  
tij, cum benedictione à se demisit. Ad patriam itaque Dei grā  
Qq 3 tia per-

*Situs terri-  
torij Gan-  
densem.*

*In eis spe-  
ctans ad  
Hildensem  
Ecclesiam ac-  
cessum à  
capite.*

*Alfridus  
IV. Episco-  
pus.*

*Ludolphus  
Saxonie  
dux. Oda  
eius coniux.  
ss. Anasta-*

fū & Inno-  
 centij reli-  
 quia Ludol-  
 fo Roma do-  
 natur & er-  
 gio Papa.  
 Brunestes-  
 husen Mo-  
 nastrium  
 Hathumo-  
 da Luidolfi  
 Dux filia  
 duodenis  
 Deo dica-  
 tur, abba-  
 tissa post  
 l Gande-  
 hem.  
 Rabanus  
 Mogunt. Ar-  
 chiepiscop-  
 pus  
 Karolus e-  
 sis succe-  
 sor  
 Ganderf-  
 bewe condi-  
 tur ad rūm  
 Gande ab  
 Altfrido E-  
 pisopio Hil-  
 deshemensi  
 an. 856.  
 Lutbertus  
 Mog. Archi-  
 episcopus.  
 Ludolfus  
 Saxonia  
 dux cū Has-  
 sumuda F. xtus Episcopus. Hic fabricam consummavit, & Ecclesiam nihil  
 sepultus in  
 Brunestes-  
 husen.  
 Altfrido E-  
 pisopi atas  
 & mors.  
 Altfridus  
 conditor ba-  
 silica Hulde-  
 semensis.  
 Marcuuar-  
 dus V. Epi-  
 scopus Hul-  
 dens.  
 Wigbertus  
 VI.  
 Ganderf-  
 se Ecclesia &  
 discipline co-  
 summator. Gerburga abbatissa. s. Christina eius soror abbatissa. Oda sa-  
 cra aducissa moritur anno et. c. 851.

via peruenientes consilio Domini Altfredi, cœnobium virginum  
 Dei, primo Brunesthusen adunarunt: filiam quoque Domi-  
 nam Hathumodam duodecim annos habentem, præfato Episco-  
 po in regimen intromittendam assignarunt, anno Dominicæ in-  
 carnationis octingentesimo quinquagesimo secundo Rabano Mo-  
 gontiæ præsidente: omnem autem prouisionem prædicti loci, &  
 congregationis, Domino Altfrido commiserunt. Vnde euolutis a-  
 liquot annis, Karolo Rabano succedente, anno singularis nativi-  
 tatis Christi octingentesimo quinquagesimo sexto, auspicatus est i-  
 pse quendam locum super fluuium Gande, quem à fluvio Gan-  
 deneshem nominauit: ibique, consentiente Duce, fabricam Mo-  
 nasterij maiori ambitu inchoauit; Lutberto Moguntino Episcopo  
 existente; qui post Carolum subintrauit. Locus namque prato-  
 rum ac nemorum amœnitate aptior, tutior quoque syluarum den-  
 sitate, ac palustri immunitate ad habitationem Deo militantium, vi-  
 fus est. Defuncti itaque sunt ante consummatam fabricam Gan-  
 densemensis Ecclesiæ, & Dux, ac Domina Hathumod, sepultique  
 in antiqua Ecclesia Brunesthusen: positaque in regimen Gerbur-  
 gis prima, soror Domnæ Hathumod, Altfrido venerabili Episcopo  
 mediante, Lutberto quoque Mongontino Archiepiscopo, qui Ca-  
 rolo successit. Nec multo post decepsit, biennio tantum emenso ve-  
 nerabilis Dominus Altfridus. Consedit autem cum Moguntinis  
 Episcopis Rabano & Carolo, & duodecim annos cum Lutberto.  
 Consummata quoque cum decore Hildensem Ecclesia, quam  
 ipse à fundamentis construxerat, & De gratia consecrata, plenus  
 operibus bonis decepsit: cui successit Marciwardus quintus Præsul  
 nostræ Ecclesiæ; quatuorque annos tantum sedens, trabes Ec-  
 clesiæ composuit. Post hunc subintrauit Dominus Wigbertus, se-  
 minus consecravit. Hic omnem religionem & disciplinam cum  
 Domina Oda & Gerburga Abbatissâ in præfato loco inchoa-  
 uit & perfecit; eius consilio omnia disponebant & agebant.  
 Præerat autem Domina Gerburgis congregationi vigintiduos  
 annos; positaque est in noua Ecclesia iuxta Dominam Hathu-  
 modam. Sororem autem eius Christianam Dominus Wigber-  
 tus in regimen intromisit, & consecravit. Domina quoque  
 Oda centesimo septimo ætatis anno, omnibus filijs præmissis  
 decepsit, Christina tantum superstite; positaque est iuxta filias  
 suas. Sed & ipsa Christina sex tantum annos matri supervi-  
 uens, felici decessu migravit ad Dominum. Dominus quoque  
 Wigbertus consedit cum Mogontinis Episcopis Lutberto Sun-  
 mensis Ecclesia & discipline consummator. Gerburga abbatissa. s. Christina eius soror abbatissa. Oda sa-  
 cra aducissa moritur anno et. c. 851.

deraldo & Hattone. Post hunc VValbertus succedens septimus Episcopus, Rosvvitham venerabilem fæminam, de ipsa congregazione electam, in regimen intromisit: consecrations quoque in Ecclesia prædicta, & ancillarum Dei velationes, & cætera ad Ecclesiastica ministeria fecit pertinentia. Post V Valbertum Sehardus venerabilis vir Pastor octauus nostræ Ecclesiæ ordinatur. Hic, absque omni contradictione, quæcumque ad Ecclesiasticum ministerium pertinebant, in præfato loco ministrauit. Nonus post Sehardum Thiohardus Antistes nobis præficitur; Friderico Archiepiscopo Moguntiæ præsidente. Hic consecravit nouam Ecclesiam, vbi Monachæ nunc CHRISTO militant; & omnia Episcopalia in præfato loco rite procurauit, nullo obuiante. Decimus post Thiethardum Dominus Otvvinus præfuit. Hic Dominam Gerburgam secundam in Regimen constituit, & consecravit; & omnia Episcopalia fideliter prouidit, Domino V Vilhelmo magni Ottonis filio in nullo sibi aduersante. Similiter Hatto & Robertus in nullo sibi aduersantes amicissimum habuerunt. V Villegisus quoque illi succedens, veritus tanti viri senectutem, & morum grauitatem, publicè illum percoluit; occultè vero paulò mordacius, quadam animi indignatione illi \* adbellicabat: nil tamen in Regimine præfati Cœnobij alperum nec verbis nec factis ostendit. Hæc itaque ideo proposui, ut cuncti intelligent, quanta lœuitate ac temeritate sit violatum, quod fere per ducentos annos tot venerabilium Patrum vtriusque loci Antistitum concordia, roboratum, omni Canonica auctoritate fixum, atque ratum durauit. Sed secundi Imperatoris Ottonis filia, fomes, ut pace omnium dicam, huiusmodi dissensionis, dum à suo Episcopo Domino videlicet Osdago sacrum velamen accipere spernit, V Villegisum appetit: indignum æstimans, nisi à palligero conse crari, quod ipse libens annuit, haud considerans, quanta antiqua canonum statutatem erauerit, nec fraterna charitate aditum quæsuit, sed fratri & coepiscopo diem imperauit, ut ad velationem ancillarum DEI, in festiuitate sancti Lucæ Euangelistæ illi occurreret. Nactus itaque oportunum tempus Dominus Osdagus Archiepiscopum secretius, qua auctoritate id ageret requisiuit: cum ille minaci vultu mordacius ad suam Parochiam pertinere respondit, & statuta die se ancillas Dei velaturum, omnemque Episcopalem potestatem in illo loco se adepturum, promisit. Cum itaque, ad diem ventum est, restitit illi plena auctoritate Dominus Osdagus, presente Rege Domino tertio Ottone

V Valber-  
tus v. Hilt  
den Episco-  
pus.  
Rosvvitha  
Abbat. 4.

Sehardus  
viii. Hilde.  
Episcopus.

Thiohardus  
duo ix.  
Gandeshe-  
mij nouam  
Ecclesiam  
dedicat.  
Otvvinus  
X. Episco-  
pus.

Gerburga  
xi. Abbatis  
sa Gan-  
desh s.  
V Villegisus  
Mog. Ar-  
chiepisco-  
pus Otvvi-  
nus hono-  
ris causa  
Generatur:  
\* adlatra-  
bat forte.  
Ducentorū  
fere anno-  
rū historia  
Epilogus.

Gandeshe-  
mensis con-  
troversia ou-  
rigo sub Os-  
dago Episco-  
po Hildesh.  
Sophia Os-  
tonis II fi-  
lia Abbatis  
sa Gadesch.  
6. a V Vil-  
ligiso Me-  
tropolitar  
no ambis  
velum.  
Osdagi  
cum V Vil-  
ligiso expo-  
sulatio.

velandarū thone cum matre Imperatrice Domina Theophano, assidentibus  
 virginum quoque Episcopis, Rhetario Patherbrunneni Episcopo, Milone  
 Mindensi Episcopo, Hildevaldo Wormaciensi Episcopo, cum  
 alijs Principib[us], qui ad solemnitatem velandarum virginum con-  
 uenerant. Cum ergo longa disceptatio esset, Dominus Osdagus  
 simplicis animi vir, diuino monitu incitatus, Episcopalem Cath-  
 edram ad absidem altaris poni præcepit, hac tuitione locum ac Re-  
 gimen sibi defendens, fauentibus illi fere omnibus; quia Archie-  
 piscopi animositas, et si metu illius dissimularetur, cunctis tamen  
 displicebat. Destitutus itaque Archiepiscopus, multitudinis fa-  
 uore, qui prius suo iuri omnia promisit, vix, Dominā Theophano,  
 & Episcopis obtinentibus, ipso quoque, ultra quam credi potest  
 supplicante, obtinuit, ut ad principale Altare mysteria ipsa die a-  
 geret; ita videlicet, ut Dñx Sophiæ relationē simul agerent, cetera-  
 rum verò Dominus Osdagus solus prospiceret: factumque est in-  
 solitum, nec ante à nobis visum, ut duo Episcopi ex latere Altaris  
 pariter sederent, Pontificalibus paramentis festiuè insulati. Ven-  
 tumque est ad ancillarum Deiconsecrationem, cum Episcopus,  
 qui ante à Pontificali ure timebatur deiectus, subito Dei gratiâ  
 est erectus. Inter missarum solemnia primo Dominum Regem  
 si in relationem suæ sororis consentiret, humiliter requisivit, dein-  
 de ceteros Mundiburdos. Quibus consensum fatentibus, pri-  
 mò Dominam Sophiam, si ad Hildensem sedem sibi suisque  
 successoribus subiectionem & obedientiam profiteretur, interro-  
 gauit, deinde alias velandas: quævnanimi consensu Religionem  
 & subiectionem professæ sunt, publicèque denuntiatum est omni  
 clero & populo, Archiepiscopum niliuris sibi in illa Ecclesia ven-  
 dicare præter consensum & permisum Hildensem Episcopi.  
 Omnibus quoque ritè peractis, summa pace & concordia disces-  
 sum est; stetitque illa vnanimitas sub Domino Osdago, & Gerda-  
 go, & aliquot annis Domini Bernvardi, adeo, ut Ecclesias aliquas  
 præsente Archiepiscopo ibidem consecraret; Synodus etiam  
 magnam haberet, præsente Domino Rege tertio Ottone, assiden-  
 te nihilominus præfato Archiepiscopo, cum tamen nil sua au-  
 thoritate decerneret, præter quod assensum æquè, ut alij fratres,  
 beato Bernvardo, qui Synodo præsidebat, præbuit. Interfuerūt \*  
 Islarius Magdeburgensis Archiepiscopus, Ludolphus Treuren-  
 sis Archiepiscopus, Milo Myndensis Episcopus, Hildevaldus  
 Wormatiensis Episcopus, Hugo Titiensis Episcopus.

Non tamen rata permanxit huiusmodi concordia; quia in me-  
 dium quædam emerserunt, quæ orientem charitatem falsitatis

Iolio peremerant. Odiosum quippe est, nostro tempore, veritate a-  
liquem notare, sicut à quodam dictum est. Veritas odium parit; sed  
scribentibus grauis est culpa, vel falsa dicere, vel vera intermit-  
tere; vnde pace cunctorum liceat dicere, quod scelus est, ce-  
lare.

Illa quippe præclara Ancillarum Dei congregatio, tanto stu-  
dio, & deuotione Dominorum nostrorum, patrum, patriæ Du-  
cum, ac Regum, per Altfridum eiusque successores instituta  
est, vt in principio omnibus imitabiles, exemplar humilitatis  
& charitatis florerent; Episcopum suum, à Deo sibi præpositum,  
quasi Dei nuntium ac patrem audirent, colerent, & amarent;  
omnes aduentantes, prout cuique personæ competebat; præ-  
cipua benignitate susciperent. Hic illis vsus, hoc studium fuit,  
hoc sancto loco reuerentiam, & illis apud omnes gratiam exhi-  
bebat: hoc humilitatis priuilegio, cum pro causis Ecclesiæ ad Pa-  
latium citabantur, habitu non admodum nitido, vel abiecto veni-  
entes, vt veræ Dei Ancillæ habebantur, ac venerabantur.

Sed postquam luxus ac superfluitas accessit, morum insolentia subintravit, obedientia torpuit, repulsa est Episcoporum reuerentia: quod cuique erat placitum, faciebat licitum. Ad-  
dita est quoque ad augmentum mali, diutina infirmitas Domi-  
næ Gerburgæ eiusdem Cœnobij venerabilimæ matris, in quam Dominus plurima virtutum insignia contulit: discessus quoque religiosarum sororum, quæ sub nutrimente antiquæ disciplinæ in-  
stitutæ fuerant. Numerosa autem iuuentus virginum fructifica-  
uerat in tyrocinio Christi; quæ delicatius enutritæ, metu prioris disciplinæ ac seueritatis ignorantes, vt est humanum, post sua desideria declinabant. Sophia quoque, Domina Gerburga inuita, multumque renitente, ad Palatium, factioне Willegisi Archiepiscopi se contulit: ibique annum vel biennium commora-  
ta, dislolubilis vitæ tramitem incedens, varium de se sparsit ru-  
morem. Quod venerabilis non ferens Bernwardus, quippe, qui illam semper summo amore & gratia percolebat, blandius illam admonitam, ad monasterium redire persuasit. Cumque illa, exte-  
riori auditu vix verba illius admitteret, saepius eadem repetens, ad cœnobium eam repedare, familiarius admonuit. Illa autem e-  
ius accessum & confabulatum primo declinauit; deinde ad Ar-  
chiepiscopum, velut ab illo patrocinanda configuit, amerioribus verbis eius animum exasperauit; pactum fœdus in sua velatione, inanibus verbis annullauit, dicens ab illo se velatam, non ab Hildensemensi Episcopo; ad prouisionem beati Bernwardi

Episcopi se minimè pertinere, ad tuam Dicecesim cœnobium Gandensem  
mense respicere; plures se inuenisse, qui hoc veraciter re-  
stentur. His & eiusmodi verbis Archiepiscopum aduersus beatum  
Bernvardum grauiter commouit. Post hæc Gandesem repetit, va-  
ria de ipso Episcopo inter sorores disseminauit, nisu quo potuit, il-  
lum loco repellere, atque abalienare parabat.

*S Bern-  
wardi ad  
Gandeshem  
mens  
virg deiu-  
re suo dis-  
ceptatio, &  
monizio.*

Interea Episcopus cognoscens talia circa se moliri, Gan-  
desem venit; grauiter tulit se abalienari, nec aliquid honoris vel  
charitatis sibi, ut antecessoribus suis, exhiberi, sed infra extra-  
neos Episcopos, se tractari; cum tamen ab antecessoribus suis  
ad sanctum locum innumera bona collata sunt: decimæ quo-  
que ex sua parte plures & antiquitus, & moderno tempore im-  
pensæ; & pro his beneficijs, iniuriam & contumeliam recompen-  
sari: tributa, quæ pro decimis soluenda essent, immunita, sæpe quo-  
que fraude negata, obedientiam, qua nulla viætima Deo gratiæ  
est, cum humilitate, in ara cordis, persuadet immolari; patienter se  
omnia posse sustinere; pauent tamen Christum, cuius vice fun-  
gatur in se offendere; nec quicquam ingerant, pro meritis sibi  
suppetere: obedientiam tamen, charitatem, & reuerentiam suis  
antecessoribus ab illorum maioribus exhibitam, non aufint suæ  
leuitate negligere. Hæc, cum paterno animo perorasset, ma-  
iori odio, peccatis stimulantibus illas in se concitauit, Sophia  
vtrobiique, ex parte Archiepiscopi ac congregationis perurgen-  
te. Instabat autem hora, qua Domina Gerburgis Ecclesiam, quam  
*Ex dedican-  
de Ecclesia  
occasione  
nouulis ex-  
ortur.*

construxerat, consecrari depositebat. Vnde, quia ipsa diutina infir-  
mitate fatigata, ad obeunda tantæ festiuitatis solemnia, minimè  
suffecerat, Sophia, Domina & matre consentiente, studium tan-  
ti laboris assumpserat; & more suo proprium Episcopum postpo-  
*A Sophia  
villigijus  
ad idem  
nus accessi-  
tur et post  
eum.*

nunt & abiiciunt, Archiepiscopus accersitur, quo ordinante, cum  
ea ad Dedicationem pertinentia disponuntur. Consecrationis  
diem statuunt, Exaltationis videlicet sanctæ Crucis solemnitatem.  
*S Bern-  
wardus à  
Gerburgo.*

Mittitur autem & Legatus ex latere Dominæ Abbatissæ, qui bea-  
tum Bernvardum ad Dedicationem inuitet; diemque denuntiet.  
Sed quanquam plures illum anticipatum Archiepiscopi adioca-  
tione, obijcerent, lenitamen animo sufferens, ad prescriptum diem  
se venturum, promisit. Interea incertum, qua de causa Archie-  
piscopus statutum mutat diem; abdicit; atque eandem Dedica-  
tionem in festiuitatem sancti Matthæi Apostoli indicit. Bea-  
*villigius  
ut postor  
eum S Bern-  
wardum  
enobat.*

to quoque Bernwardo pari potestate, vt olim in relatione  
Sophiæ venerabili Domino Osdago, legationem dirigit, man-  
dans, ut incundanter illi ad Dedicationem in præfata festiuita-  
te oce.

re occurrat. Ipse verò suum Legatum atque scripta Archiepiscopo remittit, astraens Imperialibus iussis obstrictum, serijs quibusdam occupari; nec posse ad Dedicationem, vt iussum est, ipsa die illi occurrere. In Exaltatione tamen sanctæ crucis Ganessem venit, Ecclesiam dedicaturus, sicut Domina Abbatissa à principio disposuit, nil paratum reperit; imo aliquos collectos, qui illi resisterent, & cum iniuria ejercent, si forte cum suis Ecclesiam consecrare violenter appeteret, hanc enim famam illæ disperserant, cum, Deo teste, nihil huiuscmodi attentaret, vel mente conciperet. Iam enim tota mente ad Archiepiscopum confugerant, se atque locum eius tuitioni deuouerant; Sophia namque illi assiduè cohærens, & cohabitans, hæc interdiu notwithstanding ambigebat. Missarum verò solemnia Dominus Episcopus, ipsa die ibidem celebrauit, licet maxima congregationis indignatione; easdem tamen ut oblationes offerrent, benedictio nemque perciperent, admonuit. Plebs quoque, comperto sui Episcopi aduentu, quasi ad solemnitatem conuenit, trærens, & ultra quam credi possit, ægrè ferens, Episcopum insolentia atque inobedientia, loco detrudi. Quos & omnes aduentantes limato sermone consolans, lachrymabili questu publicè commemorabat, se, ipsa die ad Dedicationem Ecclesiæ inuitatum, nil sibi honoris exhibitum, imò exclusum: vnde consecrationem Ecclesiæ, quæ ad se pertineat, omnibus, sine suo consensu, Canonica auctoritate interdicit. Qua de re congregatio sororum indignata, igne maioris indignationis accenditur; verum cum ad oblationem ventum est, oblatas incredibili furore & indignatione projiciunt, saeva maledicta Episcopo ingerunt. Quo insolito tumultu perculsus, lacrymis perfusus Antistes, non suam iniuriam, quam paruiducebat, pensans, sed veri pastoris pro persecutoribus orantis exemplo, ignorantiam seu potius malevolentiam furentium fæminarum deplorans, ad Altare redijt, missam suo ordine, magna animi contritione peragit: deinde populum alloquitur, benedit, & corroborat; deductusque honorificè ab illis, vnde venerat, repedabat. O dignæ memoriam virum, omnium ore celebrandum, cunctorum deuotio ne intimè amplectendum; apud se quidem incredibiliter humilem, sed apud Devum inspectorem, eiusque fideles, verè sublimem. Quis eum crederet in tanto Pontificalis dignitatis honore, generis nobilitate, ministrorum multitudine, contra irrogatas sibi iniurias patientiæ potius quam potentia clypeo, maluisse muniri? Sed vir beatus humanæ abie-

S. Bernwardus  
Gandenses  
mum So-  
phia ingra-  
tys accedit.

Missarum  
solemnia  
celebras.

Ecclesiæ  
consecratio  
nem pro in-  
re suo inter-  
dicte  
Male exi-  
pitur à mo-  
rialibus.  
S. Bern-  
wardi ma-  
gna aqui-  
tas animi.

Patientia  
preconium  
in S. Bern-  
wardo.

ctionis probra non curabat, qui totus diuino amori mancipatus, illius tantum oculis, quem singulariter diligebat, placere summo perè gestiebat. Hæc pro commendando magnæ humilitatis exemplo ad imitationem audientium inservere libuit, nunc ad ordinem redeamus.

*Villigis  
adventus  
ad Dedica-  
tionem.*

*Bernvvardus pro-  
fessor  
legatus  
mirris.  
Ekhardus  
Selesvvi-  
ensis Epis.  
obrogat  
Dedicatio-  
nis.*

*Villigis  
perfuerat  
in proposi-  
to Dedi-  
cationis.*

*Bernvvar-  
officiorum  
mia gra-  
tia Otto-  
ni III &  
amulatio  
nem legarum.*

Interea Archiepiscopus & Sophia omnem apparatus ad nouellæ Ecclesiæ consecrationem necessariam diligenter præparant, inconsulto beato Bernvvardo Episcopo, quem tamen adiunge retentat, sed verita Archiepiscopum, votis eius obuiare, pertimescit. Præterea Archiepiscopus in vigilia sancti Matthæi ad præfatum Monasterium venit cum Episcopis Rethario Patherbrunneni Episcopo, & Berengero Verdensi Episcopo, Bernhardo quoque Duce, cum alijs plurimis, consecratus sequenti die Ecclesiæ. Mittuntur quoque beato Bernvvardo Episcopo, qui eum ad Solemnitatem Ecclesiæ inuitent. Postera vero die adest diluculo vice Domini nostri venerabilis Episcopus Eckhardus cum maiori bus natu nostræ Congregationis, & aliquibus primarijs de nostro Monasterio. Cui fandi licentiâ datâ, Archiepiscopum cum omni honore ex nomine beati Bernvvardi Episcopi deuoto obsequio salutauit, dicens, Imperiali illum obsequio detentum adesse non posse; mirari tamen vehementer, in sua Parochia & Ecclesia ab antecessoribus suis absque omni contradictione semper possessa, sine suo consensu Ecclesiæ consecrationem indici; fraterna charitate deprecari, ut ab huiuscemodi inuasione desistat; nec se intromit at, nisi quantum Canones concedunt, si suo iuri, singulari priuilegio quiddâ suffragati aestimer, ipsum non defuturum, quin comuni consilio fratrum, vbiunque delegerit, iustitiam plenissimè exsequatur. Archiepiscopus autem acerbiori indignatione inflammatus, mandat, ut primo mane sequentis diei, quæ tunc Dominica illucescebat, ad Consecrationem præfatæ Ecclesiæ incunstanter properaret; si venire tardauerit, nihilominus Ecclesiam dedicaturum. Hanc autem iram & indignationem Archiepiscopi aduersus venerandum Præfulem creauit maximè, præcipua familiaritas Domini Imperatoris, quæ illum speciali deuotione pietatis ceteris familiaribus percoluit. Affectionissimo namque obsequio deuinxit sibi Imperatorem, quia cuncta, quæ ad gratiam illius competere sciebat, vigilantissimo studio obibat; & ob hoc, animositudinem & inuidiam plurimorum in se commouebat: apprimè quoque Moguntini Episcopi, qui indignabatur aliquem præter se familiaritatis locum apud Imperatorem habere. Dominica itaque irradiante, adest prædictus Episcopus Eckhardus, cum venerando fratribus

fratrum nostrorum cœtu & senatu vice Domini nostri directis, qui Canonica authoritate & Patrum Sanctorum prisca consuetudine obiecta, fortiter Archiepiscopi captis restiterunt; atque sic consecratio prescripti Monasterij intercepta est. Ipse vero Episcopus, inter missarum solemnia facto ad populum sermone Synodum suam biduo ante Sancti Andreae natale, cum banni approbatione denuntiat; deinde ad Altare regreslus, in Cathedra sedens, priuilegia quædam ante incognitam mandat recitari; in quibus continebatur, ut nemo de iure illius Ecclesiæ auferret quicquam; hinc in decimis vel prædijs vel villa re \* inuestitura contineret, hoc quoque Banno roborauit, sicque discessum est. Episcopi autem qui aderant, ægrè admodum Archiepiscopi animositatem conquesti, fratris & Conepiscopo per nos mandant pertinaciam ipsius & temerarium inceptum se coercere non posse; id vnum suppeteret, ut Apostolicum Imperatoremque adeat; illius causam, illorum esse communem; nec se defuturos, quin de eisdem vtrisque, Apostolico videlicet atque Imperatori, scriberent.

Venerabilis itaque Bernwardus ultra modum sollicitè ferens quātulumcunque Schisma in Ecclesia grassari, sciens quoque infusum venenum, nisi Apostolico & Imperiali antidoto comprimi non posse, quanquam graui corporis molestia lassaretur, & tantum iter imbecilli eius corpori omnimodis esset contrarium, tamen, ut pacem reformaret, contra vires suas subire, non recusavit. Nam iam pridem ardebat miro desiderio, Dominum Imperatorem, quem vnicè amabat, videre. Paratis itaque tanto itineri necessarijs, per vallem Tarenti, quia ea via commodior est visa, ire procurauit, habens secum omnium Cisalpinorum Episcoporum scripta.

Porro Anno Incarnationis Domini Millesimo Nonas Nouembris, nimio mœrore totius congregationis plebisq; à Monasterio cressus, magna cōpunctione deducitur; Dei gratia comitat⁹ ad votum rebus cedentibus secundo Nomis Ianuarij Romam ingressus est. Quod humillimus ac p̄ijssimus Imperator audiens, miro affectu dilectum Magistrum videndi flagrans ad suam præsentiam tamen eum fatigare nolebat; Sed festinus à Palatio, fere duo miliaria ad Sanctum Petrum illi occurrit; benignissime que suscepit, inter amplexus familiarissime deosculatum ad hospitium deduxit; diuque cum illo confabulatus, sequenti die illum ad Palatium venire rogauit. Hoc permisit, ut quantulum cunq; de suo p̄prio ministerium suum impenderet, sed p̄ sex septimanas, quib⁹ apud illum morabatur, sufficiēter in usum sui suorūq; cūctain-

*Dedicatio  
per Hilden  
sem Lega-  
tsonera  
impedita.  
Vvilligis  
denouo per  
Synods in-  
dictionem  
obnunciat.  
\* quam  
Episcopi  
cazeri à  
Vvilligis  
causa alie-  
ni.*

*E. Bernward  
dus ad S. A  
fibi confia-  
giendum  
putat.*

*\* al MI.  
Romam  
proficien-  
tur.  
Honorisflee  
obusam  
itione ab  
Imp exi-  
pitur.*

At Sybre.  
 Atro Pontifi  
 ce una cum  
 Ottone co-  
 litur. Et  
 hospitali-  
 ter habe-  
 tur.  
 d' Villigis  
 acta sua  
 Synodalia  
 Gandeshe  
 nij profe-  
 quitur.  
 Ekbar-  
 dus Episc.  
 pro Bern-  
 uardo  
 Hildensem  
 causam  
 propugnat.  
 Seruum se  
 s. Maria  
 Hildensem  
 profiteretur.  
 d' Villigis  
 de iure suo  
 rogat sen-  
 tenciam  
 Episcop.  
 Suffragio.  
 rum fluctu  
 atio.  
 sanguis

digna largiter ministrari, præcepit. Manè vero Dominū Apostoli-  
cum conuocauit, in occursum charissimi hospitis; venientem quo-  
que foris in atrium obuiam procedentes libentissimè suscepserunt;  
nec permisus est ad suum domiciliū reuerti, sed iuxta, vbi ipse Do-  
minus Imperator habitabat, splendidissimum illi habitaculum ex-  
hibebat. Vicissim quoque, nunc Imperatoris cubiculo, interdum  
Episcopi considentes, & forenses causas & Reipublicā necessaria  
conferebant. Nam de Archiepiscopo & tumultu Gandensem  
oberto, ante accessum Dñi Episcopi fama præcurrens, cuncta di-  
uulgauerat; vnde non opus habebat singula euoluere, sed breuiter  
strictimque, Imperatore interrogante, pauca contexuit.

Sed Archiepiscopus, quod mente perceperat, actu perfecerat. Quidam enim maligni illum impulerunt; Sophia nihilominus in-  
stiterat. Venititaq; biduo ante Sancti Andreæ Festum, Gandensem  
ad Synodus, vt disposuerat, habens secum venerabilem Episcopū  
Rhetarium, aliosq; complures extraneos, videlicet de Thuringis  
& Hassis, quorum id nihil intererat, nonnullos etiam de sua Dioce-  
si, infra Saxoniam. Sedin principio actionis, venerandus Präful  
Ekkehardus Archiepiscopum commonet, vt à Synodo desistat,  
nec in aliena Ecclesia talia prælumat; præcipue cum Dominus E-  
piscopus, ad quem Ecclesia pertineat, absit; & cum Domiao Apo-  
stolico & Imperatore consistat. Ad hæc, incredibili furore Archiepiscopus  
succensus, toruo vultu ac minaci iubet, vt sileat, nil ad se  
talium pertinere, vt propriam Ecclesiam habeat, illam gubernet.  
Contra Ekkehardus, peccatis, inquit, agentibus, termini Episco-  
patus mei Barbaricā sunt feritate depopulati, ciuitas deserta, Ec-  
clesia desolata; sedem non habeo, seruum me Sanctæ Mariæ & Hil-  
densensis recognosco, & in cunctis quoad potero loco sancto  
prodesse studebo. Archiepiscopus itaque productis viris, quos ad-  
duxerat, requisuit Episcopos, si liceat homines illos banno suo ad  
Sacramenta constringere, ad cuius Diœcesin illud Cœnobium  
pertineat. Illi, quamquā metum illius veriti, aiunt legitimè fieri nō  
posse, absente Episcopo. Ekkehardus itaq; Präful & fratres nostri,  
populus quoque orant instanter, Sacra menta suspendi. Qua vna-  
nimitate Cleri & plebis Archiepiscopus commotus, prædicto Epi-  
scopo minatur, vt sileat; vel cum iniuria foras eum ejciendum. Su-  
per hoc plures indignati, & aliquanti quos Archiepiscopus addu-  
xerat, cum propemodum tumultus oriretur, Ekkehardus Präful  
ab Episcopis rogatus, secessit, cunctosq; Gandensem & omnes  
ad Hildensem Diœcesim pertinentes ad suam Synodus  
inuitauit. Ad cuius bannum vnanimiter omnes egressi illum seuti-  
sunt,

sunt, tantummodo cum Archiepiscopo suis proprijs, quos adduxerat, relicts. Cum verò de Diœcœsi Sacramentis examinarentur, alij Ethrinam \* Frideslarensem fluuium terminum Hildensem mensis Parochiæ affirmabant, errorem faciente nomine Edernæ fluminis, quod Gandensem alluit alij certum nil se scire, nisi quantum aliorum relatu didicerint approbant; nullus aliquid, vel memoria dignum asseruit. Archiepiscopus tamē, ac si veritate cuncta fixa constarent, Banno, ne quis illi Sacramento retentum Cœnobium auferret, muniuit; sicq; libero errore discessum est. Populus verò, quiequid ab Hildensemensi Senatu iubebatur, obedienter obiuit.

Interea Legatus Rœmam super his Domino Episcopo dirigitur, scripta quoq; Dño Apostolico & Imperatori, lacrymoso ad modū stylo ferebatur. Vnde tam Apostolicus quam Imperator, & omnes Romani graueriter commoti, Canonum autoritatem, Patrum nihilominus traditionem violatam; contemptum quoque maximū Romanæ Sedi, & Apostolico, Imperatori etiam tali præsumptione irrogari; periculose scandalum in Ecclesia hac insolentia scientes posse generare, huiusmodi virus penitus extirpandū decreuerūt.

Peridem tempus mansit cum Imperatore vnicum decus Imperij, Dominus Hinricus, tunc temporis Dux potentissimus, in proximo quidē Dei pietate Rex futurus, in quem Dominus thesauros diuinæ humanæq; sapientiæ contulit. Hic grauiter semper ferebat Gandensem obortam controversiā; atq; ardenter instabat Ecclesiā pacificare, & sub signis Christi militates ad charitatē & gratiam reformati. Huius itaq; suisu Cleri plebisque coadunata est Synodus viginti Episcoporum de Romania; aliquanti etiam aderant de Italia & Tuscia: de nostris quoque, Sigefridus Augustensis, Hinricus Wirciburgensis, Hugo etiam Iunior Ciciensis præidente Domino Gerberto Apostolico cum Imperatore in Palare, \* in Ecclesia sancti Sebastiani Martyris, præsente nihilominus singulis meriti viro Hinrico Duce pacatissimo, & Abbatibus, astatisbus quoq; Presbyteris & Draconibus, omnique Romana dignitate. In fronte itaque actionis post Euangelia lecta, & quadam patrum capitula, benedictione data, cum sedissent, facto silentio, venerabilis Episcopus Bernwardus de loco sessionis sibi modicū progressus, humiliter domino Apostolico & Imperatori, & Dño Hinrico Duci, omniq; Synodo causam Ecclesiæ sive climato sermone exposuit. Quæcūs itaq; questu eius cōpūctis, sapietissimus Papa interrogauit Cōciliū, si Synod⁹ habēda vel vocāda esset, quā Archiepiscopus cū suis, quos adduxerat, collegisset in Ecclesia ab Hildensemensi modo exponit Sylvestri Papa quaestio super Willigisi traditione Synod⁹.

\* Adrana  
Tacito  
alij allues  
Frideslari-  
um oppidū.

Hildensem  
mensis Se-  
natus Ec-  
clesiastici  
autorita-  
tem sequi-  
tur populus  
Roma nute-  
riatur  
Willigisi  
actio con-  
tra Bern-  
wardum.

Henrici  
Ducus Bas-  
ilia po-  
stea Imp.  
sancti Ro-  
ma degener-  
tis encomis-  
um.  
Pacifudey  
eg Gande-  
semensi  
questi.  
Synodus  
Romana  
sub Sylve-  
stro in camp-  
sa Gan-  
deshe.

mensi, eg.  
\* Apasticus  
forte & Sa-  
turario  
vel Locato-  
rio.  
Synodi  
acta  
S. Bern-  
wardus  
causam  
suam Sy-

bus semper possessa Episcopis, præcipue cum Episcopus defuerit,  
& ad Romanam sedem pro eisdem causis confugerit; vel, quo no-  
mine tale conuenticulum vocandum sit, Sanctum Concilium se-  
cessum petit, ut secretius inter se de his inquirant. Quod piissimus  
Papalibens annuit. Egressique sunt soli Romani Episcopi & post-  
modum introgressi, cum iterum consedissent, Apostolicus ait.  
Quid sancitis, fratres, de Synodo. Sanctum Concilium respondit.

*Patrum  
sententia  
de Villigi  
se Synodo  
Gandes  
mij indi-  
ca.*

In aliena Ecclesia, & ab alijs possessa, nil iuris habuit, neque canonici-  
cè ibi Synodus celebrare, aut aliquid constituere sine consensu  
proprij Episcopi, potuit; nec omnimodis Synodus dici potest. Sa-  
pientissimus Papa dixit. Ergò, quo nomine rite vocari potest? San-  
ctum concilium respondit. Schisma concilians discordias. Sapien-  
tissimus Papa dixit. Ab ijsencia sunt, quæ ibi gesta sunt? Concilium  
respondit; Canonica autoritate & sanctorum Patrum, exterminan-  
tanda sunt, quæ ibi adiuenta, vel statuta sunt. Apostolicus ad hæc,  
inquit. Apostolorum potestate, sanctorumque Patrum auctoritate,  
dissipamus, & effringimus, & annullamus, quæ, absente fratre, &  
coepiscopo Bernwardo Gandesem in sua Diœcesi ab Archiepisco  
po Willegiso, & suis complicibus, adiuenta, & sacramentis statu-  
ta sunt. Eradicavit. Frater, & Episcopus Bernwardus petit sibi resti-  
tui sublatam vestitaram ab Archiepiscopo; quid sancitis, fratres?  
Sanctum concilium respondit. Vestitram, quam Archiepiscopus  
non potuit auferre, non est necesse illi reddere. Sed, quia hoc ipse  
petendo instat, si Domino Imperatori placeat, Apostolatus vestri  
ferula, vestitura ei redintegretur, & corroboretur. Papa respondit.

*Sylvestr  
rescindit  
att. VVil-  
ligi.*

*Restituit in  
integrum  
S Bern  
wardam.*

\*commo-  
neant.

*Synodus in  
Saxonia  
autorisate  
cœclij Rom.*

*E Papæ in  
dictur.*

\* Paliti &  
Palithi  
postea

*Frithericus  
Cardinalis  
genere sa-  
xo plena*

Fiat iuxta placitum vestri. Et tradidit illi Apostolicam ferulam di-  
cens. Gandesemense cœnobium, cum adjacentibus villis & termi-  
nis, tuo iuri redintegro, & corroboro, & Apostolica sanctorum Pe-  
tri & Pauli auctoritate interdico, ne aliquis, nisi quantum Canones  
permittunt, tibi obstat. His finitis, Dominus Apostolicus, quidfa-  
ciendum esset, concilium requisivit. Responsum est, si vtrisque

Principibus id conueniat, scriptis Archiepiscopum \*, quod tam  
audax incæptum canonibus patrumque regulis contrarium, vir-  
summae grauitatis attentarit; simul quoque, ut imposterum à tali  
controversia desistat, nec aliquid se intromittat, nisi canonice e-  
mancipet; Synodum quoque Episcopis per Saxoniā indici, Vica-  
riū nihilominus ex parte Domini Apostolici destinari, qui Syno-  
do præsideat, complacitum est. Locus \* Palati habendæ Synodi di-  
ponitur; dies, vndecimo Kalendas Iulij denuntiatur; Frithericus  
Cardinalis Presbyter sanctæ Romanæ Ecclesiæ, postea Ravennæ  
Archiepiscopus, Saxo genere, iuuenis etate, sed senior morum pro-  
bitate

bitate, Vicarius Domini Apostolici elitur atque dirigitur, Apo-  
stolicis paramentis atque insignijs non minus insulatus, quam si  
ipse procedebat.

Illiis quippe diebus, Dominus Imperator Tiburtinam Ciuitatem, arcta obsidione vallauit. Machinis autem & plerisque instru-  
mentis ad expugnationem paratis, fossis etiam mirae magnitudi-  
nis, ut aquam a meatu deducerent, cum magham vim ciuibus  
ingererent, nec ad dditionem cogere possent, Imperator inui-  
tatur. Nec mora; adeo cum Apostolico, & Venerabili  
Bernwardo Episcopo. Cumque, ut in talibus sit, alij augere obsi-  
dionem suaderent; alii, diuturno ac grandi labore parum se profe-  
cisse dicerent, bonum videri tantum, ut cum honore fiat, obsidio-  
nem solui. Imperator beatum Bernwardum Praesulem seorsim ab-  
ducens, quid agat, consilium; ægræ admodum ferre se cum iniuria,  
ceptis desistere. Ad quem ille, Non patior, ait, super his  
vos, anima mi, quem vita chariorem habeo, commoueri. Sed  
nunc, præcipite, arctiori obsidione urbem vallari; nam, et si redi-  
tum ad patriam desidero, non ante à Maiestate vestra diuerto, quæ  
urbem populumque, vestro iuri subactam, Dei pietate, videbo. Ad  
hæc Imperator latus, dilecto gratatur Magistro, locum arctiori  
obsidione munit, milites ad expugnationem instruit, intrandi  
ve ex eundi licentiam, omnibus, Imperiali auctoritate, inter-  
dit. Aliquot diebus exactis, Dominus Bernwardus & Apo-  
stolicus præfatam urbem adeunt. Ciues lati aduentantes, ser-  
uos Dei honorificè excipiunt, vrbi intromittunt; nec prius desi-  
stunt, quam omnes pacatos Imperatoris ditioni; Dei gratia ad  
iuti, subdunt. Postera namque die nobili triumpho sub sequente,  
Episcopi Imperatorem adeunt: Nam cuncti primarij ciues pra-  
dictæ ciuitatis adsunt nudi, femoralibus tantum tecti, dextrâ  
gladios, lœna scopas\* ad Palatum prætendentes; Imperiali iu-  
re se subactos; nil pacisci, nec ipsam quidem vitam, quos di-  
gnè iudicauerit, ense feriat, vel pro misericordia ad palū \* Scopacæ-  
scopis examinari faciat; si muros urbis solo complanari votis e-  
ius suppetat, promptos libenti animo cuncta exsequi, nec iussis  
eius Maiestatis, dum viuant, contradicturnos. Imperator pa-  
cis mediatores Papam & Venerabilem Bernwardum Episco-  
pum, magnificè gratando extollit, atque ad illorum nutum  
reis veniam tribuit; placitoque habito, urbem non destrui in com-  
mune deliberant. Urbani gratia Imperatoris donantur, ut sepa-  
cificè agant, nec ab Imperatore deficiant, admonentur. Ro-  
mani denique, indignè ferentes Tiburtinos cum Imperatore

cum pote-  
stare à Sil-  
uestro in  
Saxoniam  
mittitur.  
Tiburtina  
Ciuitas ab  
Ottonem ob-  
sidetur.

S. Bern-  
wardus  
cum Papa  
& Imp iu-  
terest ob-  
sidio.

S. Bern-  
wardus  
cum Sylve-  
stro Ponti-  
fice Tibur  
ingressus  
incolis de-  
ditionem  
suader.  
Tiburtino-  
rū deditio.  
\* Scopacæ-  
scopis sagit-  
tis an palā  
virgis  
cadi.  
Deditio Ot-  
to parcit.

Romano-  
 rum ab O-  
 zone defe-  
 Bio.  
 Ottoniani  
 à S Bern-  
 vardo an-  
 te pralium  
 Sacramen-  
 ti pramu-  
 niuntur.  
 S. Bern-  
 vardo  
 dominicam  
 hastam seu  
 imperij ve-  
 xillum et  
 lanceam  
 Christi pre-  
 ferre pe-  
 rata  
 Romanis  
 dinatis a-  
 nimis pa-  
 cem po-  
 sunt.  
 Otto II ex  
 edito loco  
 alloquitur.  
 Romanos.

pacatos, urbis quoque suæ portas seris muniunt, vias obstruunt, liberè intrandi vel exeundi Romam facultas negatur; vendendi vel emendi mercimonium interdicitur; nonnulli quoque Regis amicorum, iniuste perimuntur. Palatini autem à beato Bernvvardo Episcopo salutaribus monitis instructi, confessione nihilominus purgati, sacro etiam viatico inter Missarum solemnia muniti, contra egredi, & hostes impetere conantur. Bernvvardus Episcopus Dominicam hastam subiit; se quoque atque omnes viuificæ crucis munimine signat, benedictione publicè data, ac vitalibus monitis consolans & corroborans, signifer ipse cum sancta hasta in prima fronte aciei, egredi parat. Sequenti autem mane, Imperator cum suis post missarum solemnia, à venerabili Bernvvardo sacramentis cælestibus, ac diuinis exhortationibus consolati, aduersus hostes certamen instruunt, ipso Antistite cum sancta hasta terribiliter fulminante, cordis vero instantia pacem ab Auctore pacis suppliciter flagitante. Vnde contingit deuoti militis sui precibus exoratam pacifici Regis Christi mox adesse præsentiam, cuius & in nativitatis ortu primum pacis gaudia nuntiantur, & postmodum, eiusdem pacis amatores, Euangelica veritate, filiorum Dei appellatione censemur. Ipsi si itaque pietate, totius discordiæ rebellione sopita, hostes pacem poscunt, arma projiciunt, in castinum se ad Palatum venturos, promittunt. Mane, Dei clementia, adsunt; pacem petunt; sacramenta innouant, fidem se Imperatori perpetuo seruatos promittunt. Interim piissimus Imperator, turrim quandam ascendens, ad illos concionabatur dicens. Auscultate verba Patris vestri, & attendite; & ea mente diligenter reponite.

Vos ne estis mei Romani? propter vos quidem, meam patriam, propinquosque reliqui. Amore vestro, meos Saxones, & cunctos Theotiscos, sanguinem meum proieci; vos in remotas partes Imperij vestri adduxi, quo patres vestri cum orbem ditione premeret, nunquam pedem posuerunt, scilicet ut nomen vestrum & gloriam ad fines usque terræ dilatarem. Vos filios adoptavi, vos cunctis praetuli. Causa vestri, dum vos omnibus præposui, vniuersorum in me inuidiam commouit. Et nunc, pro omnibus his, patrem vestrum abiectis, familiares meos, crudeli morte interemistis, me exclusistis, cum tamen excludere non potestis; quia, quos paterno animo complector, nunquam ab affectu meo exulare patior. Scio equidem, & nutu oculorum seditionis principes assigno; nec verentur, dum publicè omnium oculis notantur, nihilominus etiam fidissimos meos, de quorum innocentia triumpho, scelerorum admixtione com-  
 macu-

maculare; nec posse distingui, monstrō simile arbitror. Hac oratio-  
ne Imperatoris, ad fletus v̄isque compunsti, satisfactionem promit-  
tunt: duos corripiunt, Benilonem, & alium quendam, quos crude-  
liter cæsos, nudos pedibus per gradus tractos, semiuiuos in præfata  
turri, ante Imperatorem projiciunt. Hac autem seditione sedata,  
venerabilis Pater Bernwardus ad sanctum Paulum, orationis cau-  
sa accessit; apertoque sarcophago, sancti Timothei, de quo in  
vita sancti Sylvestri legitur, astante custode, quem ipse Impera-  
tor ibi posuerat, de integro brachium sancti Martyris abstulit.  
Presbyter quoque eius non minimam partem de eisdem reliquijs  
secum asportauit.

*Romavi v̄d  
ratione  
Imp p̄e: mo  
ti, es fa  
ciunt satia.*

*S. Bern-  
wardus ex  
S. Pauli ba  
silica tollit  
brachium  
S. Martyris  
Timothei.*

Egressi itaque Papa & Imperator, Dominica Exurge, immen-  
sis lacrymis ciuium, non longè ab urbe, castra ponunt. Beatus quo-  
que Bernwardus Episcopus, iam pridem antequam urbe excede-  
rent, accepta licentia, ad patriam redeundi, præmissis omnibus  
suis, simplici tantum ueste, Imperatorem ad duas mansiones comi-  
tatus, quinta feria eiusdem, ab eo dimissus est. Dici non potest,  
quanto mœrore, quantis utrorumque lacrymis fusis, ut in publi-  
cum procedere vererentur. Mitissimus Imperator, quæ stylo vel le-  
gatario intimare dubitauerat, fido Magistro in arcanum men-  
tis secretarium, sapienti trutina libranda, commendat. Reliquias ss. Exupe-  
rantiij &  
Sabini pi-  
gnora Gor-  
lariaw ius-  
sum imp-  
transfert.  
ab Ottone  
comiter ex  
Italia di-  
missiur.  
nihilominus, integrum videlicet corpus sancti Exuperantij Marty-  
ris Diaconi, sancti Sabini Episcopi, Goslariae per illum direxit, ibi-  
dem sua industria in celebri loco reponendas. Episcopus quoque  
mellito affamine, magisteriali moderamine, ut quondam puero  
alludebat; agenda quæque commemorabat. Fugienda suadebat  
vitia, mores omnium æquitatis lance pensare, patientiam familia-  
rissimam in cunctis vernacula sibi conciliare, ante omnia, ne  
quid nimium pertinaciter intentet. His gestis vnaminem Ma-  
gistrum in hospitium ducens, exquisitis donis remunerat; dein-  
de Apostolico conuocato, benedictione data, charissimum Ma-  
gistrum inter oscula flentes Dei gratia in pace dimittunt. So-  
cios quoque viæ ex suis, Imperator cum illo dirigit, qui cum  
deducant, & ad se remeantes ipsius salutem, atque itineris  
prosperitatem exponant. Rebus itaque Dei clementia ad vo-  
rum cedentibus, Papiam deuenit; ubi eius aduentu Præsu-  
les ac Comites totius Liguriæ exspectabant. Quibus legatio-  
nem Imperatoris dedit, atque in placito considens, plura cum  
illis de Republicæ utilitatibus, contulit. Illius namque consi-  
lio cuncti parebant; quia quantum ab Imperatore dilige-  
retur, sciebant, Leo quippe Vercellensis Episcopus, vir

*ss. Exupe-  
rantiij &  
Sabini pi-  
gnora Gor-  
lariaw ius-  
sum imp-  
transfert.  
ab Ottone  
comiter ex  
Italia di-  
missiur.  
Ipsæ Otto  
& Silue-  
ster flentes  
S. Bern-  
wardus va-  
ledicunt.*

*S. Bern-  
wardus  
Papia cum  
regni Pro-  
ceribus con-  
uentum a-  
git  
Ab his plus  
rami effi-  
matur.  
Leo Vercel-  
lensis*

*eximius Episcopus eius excipit pro dilex. & pon. fiscaliter.* litteris eruditus, fandi quoque copia exercitatus, ad suam ciuitatem, maximo eum honore & affectu inuitauit; vix quoque obtinuit præueniensque, collecto maximo Cleri populique cœtu, in laude Dei cunctis psallentibus, campanis etiam personantibus, non minori ambitu quam si Papa adueniret excepto, omniaque in ministerio eius opulentissimo luxu, quantum imperatum est, impendit; donis quoque eximijs honorauit. Socios etiam cum illo misit, qui sequentidie hospitium plenis copijs prouidebant. Inde, per diuersa loca, & ciuitates veniens, plurimorum benignitate in multis locis vsus, Clusas excedens, Alpibus Dei misericordia superatis Octodorum prætergressus Agaunum abijt; ibique à Rodulpho Rege Burgundiae liberalissime excipitur; Qui tradidit Episcopo in proprietatem infra Papiam, cū manuscripto tres curtiles, & sua subscriptione annulique impressione, roborauit. Inde Dei gratia munitus, divertens prospero, Deo auxiliante, itinere Hildensem, cum maximo Cleri plebisque tripudio, in sancta festiuitate Heroicæ Cœnæ intravit. Reliquias quoque Sanctorum, quas aduexit, magno honore in Ecclesia condidit; immensamque pecuniam in altaris seruitium atque in vsus pauperum, expendit. Totum æstuum tempus in destructione murorum ciuitatis, quam Hildensem inchoauerat, insti-  
tit, interdum etiam graui stomachi molestia laborauit.

*Itineris ipsius splendor.* Rudulphus Burgundia rex cum lat. officijs eum & numeribus. Hildensem hemium revertitur cum reb. quiseat. Immensa pecunia, quā erogat. Opus murorum Hildensem absolu-  
uit. Fridericus Cardinalis Legatus in Saxoniam aduentus magnificus. Equi ostro instrati. Synodus Palithina quam VII ligata pars turbar. Lienezo Hammemburgi Arch. & Saxon. Episcopi Legato parent. Legati amatorias à VI. legatis repudia-  
tur. Interea affuit ab Apostolico & Imperatore vice Papæ directus: Cardinalis Presbyter Frithericus, omnibus insignijs Apostolicis, ac si papa procedat, insulatus, equis Apostolica sella, Romano more ostro instratis. Scripta quoque à Papa & Imperatore Episcopis & ceteris Principibus mittuntur, vt Romanum Legatum digno honore suscipiant, eiusque Legationi indubitanter omnes quasi Apostolicus praesens cernatur, obedient. Conuenerunt itaque Palati ad Synodū, decimo Kalendas Iulij iuxta decretum Apostolici prescriptum. Legatum verò vario affectu excipiunt; Archiepiscopus autem, & qui ei fauabant, mira indignatione & execratione illum spernebant. Episcopus verò Bernvardus, & Lieuezo Hamenburgensis Archipræsul, alijque quam plures, reuerenter eum trahabant, precipuoque honore colebant. Sed postquam ad concilium ventum est, vix dici poterit, quanta seditione & tumultu agitetur. Nam nec locus sessionis Vicario Apostolici idoneus conceditur; horribilis strepitus ingeminatur, ius fasque contemnitur, canonica disciplina annullatur, Vicarius inter Episcopos Lieuezonem & Bernvardum sedens, Apostolici scripta & Legationem ad Episcopos se habere, facultatem exsequendi quæ ferat, sibi exhiberi, orabat. Imperato denique silentio, primo dulci affamine, Episcopos de pace &

charitate & concordia commonet; deinde Epistolam Papæ Archiepiscopo specialiter directam profert, publicèque in auribus omnium recitari precatur. Quam, cum Archiepiscopus tangere vel vide re dedignaretur, Episcorum iudicio palam est recitata; in qua ipse Episcopus apertè corripitur, & de fraterna concordia, & obedientia, admonetur. Vicarius autem, quamuis Archiepiscopum irritare magno studio parceret, tamen miti affatu, quæcunque illi obijciebantur, obedienter fratrum consultu, satisfacere, Apostolica auctoritate commonet. Super his, et si indignatus, consilium à fratribus & præcipue ab Archiepiscopo Lieuezone querit. Ad hęc ille: bonum sibi, quia Iesus frater, dominorum nostrorum Apostolici & Imperatoris suffragia petijt coram vicario, illorum Episcoporum iudicio satisfaciat. Ianuæ interim Ecclesiæ panduntur, laici intromittuntur, fit strepitus tumultusque validus, Moguntinis exultantibus, arma exposunt, immensas minas ingerunt, aduersus Apostolici Vicarium & Beatum Bernwardum Episcopum. Legatus autem, & præfatus Episcopus, nec tumultu moti, nec minis territi, licet numerosiores haberent militem copias, non arma fremunt, sed seditionem compescunt. Episcopi autem negotium in posterum diem protelandum suggerunt; in fidem suam suscipiunt, Archiepiscopum aduenturum, iustitiamque obedienter exsequuturum. Interea Archiepiscopus nimio furore succensus egreditur; quem infra coronam fratrum Vicarius insequitur, & banno Apostolicæ authoritatis ad Synodum in eandem Ecclesiam sequenti diluculo inuitat; sicque illa actio soluta est. Matutino itaque crepusculo clam Archiepiscopus, omnibus ignorantibus, cum suis abscessit. Vicarius autem secundam actionem Synodi sequenti die adorsus, in principio actionis Archiepiscopum inquirit: quem, quia non aderat, ab omni Episcopali ministerio, usque ad presentiam Papæ suspendit: Cunctis verò Episcopis Synodum in Natali Domini ad presentiam Papæ, Apostolica auctoritate indicit; Archiepiscopo nihilominus scripta in hunc modum dirigit. Quia Synodo te subtraxisti, & iussis Romani Pontificis inobediens fuisti, auctoritate sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & illorum Vicarij Papæ Sylvestri, ab omni sacerdotali officio scias te usque ad presentiam illius suspensum. Sic secunda actio terminata est.

Vicarius autem cum beato Bernwardo aliquantum moratus, præcipuis muniberis, ipse & omnes sui remunerati, in pace dimisus est: Perueniensque ad Apostolicum & Imperatorem, Legatio

*Synodo  
viii affer-  
tur.*

*Præmissis  
loco exce-  
dit.*

*A Legato  
suspensi-  
onis censura  
notatur.*

*Cardinalis  
Legatus re-  
dit & alia  
exponit.*

Encantur nis ordinem aperuit. Super quo grauiter indignati, iubent vniuersos Theotiscos Episcopos circanatale Domini ad illorum præsen-  
 Episcopi.  
 Germania  
 ad Synodum  
 in Italiam.  
 \*id est ar-  
 mato Clé-  
 entum &  
 Rendalium  
 agmine.  
 Fridericus  
 Cardinalis  
 fit Episc.  
 Rasevne.  
 & Bern-  
 wardus  
 celebrem  
 Hildevar-  
 deshusen.  
 Abbatiam  
 Virginum  
 aditurus  
 violatur  
 ab adver-  
 sarijs.  
 Repellitur  
 a Gande-  
 hemensi  
 inspectione.  
 Gandeshe-  
 minum iam  
 cum Ca-  
 stellum.  
 Francofur-  
 tensis:Syno-  
 dus sedam-  
 de contro-  
 versia Gan-  
 deshemensi.  
 Missit ad  
 eam vice  
 sua S.

festinare, non solum ad Synodum, sed cum omni suo Vasatico ita cōstructos, vt ad bellum quocunque Imperator præcipiat, posset procedere. Præfatus quoq; Fridericus non multò post Episcopalem Cathedrā Rauennæ obtinuit. Propterea beat⁹ Bernvardus sperans Deigratia, & vtrorumq; Principum clementia, summa pace se cōversatur, Abbatia Hildevardeshusensis Ecclesiæ sibi ab Imperatore traditam, & solemnii ab ipso dedicatione deuotissimè cōsecratam, & diuino seruitio exultam, pluribusque beneficijs ac donis ab eo ditatam, vbi etiam sua mater tera matris regimen agebat, in præcipua festiuitate illarum adire disponebat, præmisso omni apparatu ad tantam solemnitatem confluentibus necessario. Cum iam omnia parata essent, ipseque in proximo futurus superuenientes nocturno tempore homines Archiepiscopi, cuncta inuidentes dissipauerūt, aliquatos vero domesticos Episcopi crudeliter cæsos dimiserūt; ac, iniuria exacta, venerabilis Præsul Gandësemēc Cœnobiū adire, & quæq; emendāda essent corrigerē disponēbat, ne quid suā culpā esset neglectū. Cui obstitit immensa multitudo non minus armis instructa, quam si ad publicū bellū cogeretur. Hos cōsciuit Sophia, cū d̄tos videlicet, quos de Vasatico Archiepiscopi, vel familia illius conuocare poterat, omnes suos notos & familiares, manū validam, turres & munitiora loca circa Ecclesiam armato compleat milite, & contra vnum hominem suum, videlicet Episcopum, inermem, & benedictionem illis portantem ita castellum munient quasi Barbarico procinctu se defendere parent, vt veraciter illud Apostoli impletum in illo videatur. Omnes qui volunt p̄ie viuere in Christo, persecutionem patientur. His sanctus Præsul auditis, suos quid agat, consultit. Cuncti periculo cedendum statuunt, dirigunt quoque, qui veritatem diligenter inuestigent, qui omnia quæ sparserāt vera, & his maiora aūnūtiāt. His hoc modo gestis, Episcopi huiusmodi controuersiam, in Ecclesia grassari cernentes, super quam tantū viri tam inauditis & intolerabilibus iniurijs nimium dolentes, conuentū Franconouord post Assumptionē Beatæ Mariæ expertūt. Inuitātur etiam Archiepiscopi, Coloniensis & Treuirensis. Ventū est ad diem Concilij, præsidentibus Archiepiscopis Willegiso Mogōciēsi, Heriberto Coloniēsi, Ludolpho Treuerēsi cum alijs seruis Dei, Rethario Pathebruñensi, Rotberto Spirensi, Beringero Verdensi, Ekkehardo Slesvicensi. Sed, quia Ekkehardus Hildensem hospitabatur, Barbarico tumultu sua ciuitate, & Ecclesia depopulata, beatus Bernvardus Episcopus mo-

molestia corporis impeditus, ad conuentum vice sua illum direxit, addens illi Notarium Tangmarum Presbyterum & Monasterij Decanum, qui succenturiatus adesset, si quid forte aduersi ex parte Archiepiscopi emersisset. In principio itaque prima actionis Archiepiscopus mitiori relatu fratribus absentiam Domini Bernvvardi conqueritur, iustitiam, fraterno iudicio, si adesset, se illi facturum afferit. E contra, non temeritate vel inobedientia deesse refellitur, sed graui corporis molestia impeditum; quæcunque sacer conuentus, diuino statu \* illustratus deliberet, \* spiritu statuat, vel imperet, obedienter se obsequuturum ac seruatum. Sic quoque mutua benedictione data, ipsa die, actio finita est. Sequenti die Archiepiscopus, quibus impellentibus incertum, mordacior ad sessionem progreditur. Aliqui namque & quidam de Episcopis fauore illius adducti, beatum Bernvvardum Episcopum publicè in Synodo requirendum suadent. Tangmarus autem Presbyter Episcopos commonet, vt Archiepiscopum pertinaci animositate compescant. Denique Dei pietate mitior Archipræsul efficitur, instantibus tamen cunctis, vt vestituram Gandesemensis Cœnobij beatus Bernvvardus posideret, nullo modo Episcopus consensit, sed vt neuter illorum, donec \* ad Octauas Pétecostes Fridislare ad Palatium conueniant, se intromittat. Sicque Concilium, Dei gratia solutum est. Beatus perinde Bernvvardus gemina gratia Italiam ardebat adire, præcepto videlicet Apostolici satisfacere, & carissimum Dominum Regem videre, quem vita pretiosiorem colebat.

Direxit autem Thangmarum Presbyterum vice sua, qui & priori anno comes itineris, & peregrinationis eius apud Imperatorem fuerat, qui à primæua ætate seu iuuentute vsque ad canitatem scholari studio intentus, nutriendis pueris operam dabat.

Hic ad præsentiam Papæ & Imperatoris cum epistolis ac mandatitijs missus, plurimorum benevolentia, per viam gratia Dñi sui vñsus, Imperatorem in Spoletanis partibus reperit, à quo, merito Domini Episcopi, benignissime suscepimus Apostolici aduentum præstolabatur. Quibus conuenientibus, Legationem & scripta tradidit, Imperatore clementer apud Apostolicum Episcopi causam prosequente. Deinde iubetur Synodum exspectare, quæ apud Tudertinam ciuitatem in Natali Domini futura erat, bonis omnibus ex parte vtriusque Principis opulentissimè sustentatus.

Eodem tempore quibusdam Imperialibus obtinentibus  
frater

Bernvvardus  
Ekbardus  
dum Episc.  
Tang-  
marum  
Decanum.  
acta sy-  
nodi.

S. Bern-  
vvardi  
præsentia  
requiriatur.

Vestitura  
Gandeshæ.  
ius sus-  
penditur.  
\*Sicque

Tangma-  
rus scriptor  
horum à S.  
Bernvvardo  
do in Italia  
ad Papam

Em-  
mittitur.

ad Spole-  
tam ab Or-  
tene &  
Pontifice  
præclare  
suscipitur.

Tammo  
Comes Som-  
merschen-  
burgi Ca-  
stelli heres,  
frater S.  
Bernwardi  
ds.

Tudertina  
Synodus  
sub Sylvio-  
stro II an-  
no MLL.

Tanagra-  
mus legatus  
S Bern-  
wardi  
causas in  
Synodo  
exponit.

\*Causas.

S Bern-  
wardus  
Romana se-  
di deoнос.

frater Beati Præsulis Bernwardi Tammo Comes Imperatori gratus, vir certè omnium morum probitate præclarus, ad Regis imperium de Sommerschenburg paternum munitum valde castellum, insedit; cuius solertia atque industria in illis locis & vicis; bene tubebatur Respublica.

Anno singularis Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi millesimo secundo, Indictione decima quinta, Apostolicus cum Imperatore Tudertino Natale Domini celebrauit. Vbi in festo Sancti Ioannis Euangelistæ Concilium coadunatur Episcoporum per Romaniam, & aliquorum de Tuscia & Italia. De nostris quoque confederunt, Rotgerus Leodensis, Sigifridus Augustensis, Hugo Ciensis. Inter Missarum solemnia itaque confidentibus ad triginata Patribus, præsidentibus quoque Dominis ac principibus urbis, Papa atque Imperatore, post Euangelium recitatis ex decretis Sanctorum Patrum aliquibus Capitulis, ad præsentiam Synodi per oblationarium, Legatus Venerabilis Bernwardi Episcopi statutus est. Ad quem Apostolicus ait. Dic, quâ causa ad nostram præsentiam veneris, vel quid ad Synodum habeas. Mox Legatus, toto corpore ad terram prostratus, & erectus fuentium manibus, pedibus utriusque principibus prouoluitur; consurgensque, sic ait. Dominus meus, Apostolatus vestri auctoritatem, Imperiale quoque Maiestatem magnifice gratatus est, pro cunctis in quibus pro sua Ecclesia clementer laborasti. Quid autem Legatus vester profecerit, aut quid in sua legatione occurserit, ipse, quia præsens est, melius exponet. Post discessum autem illius, Episcopi dolentes item & controversiam diutius bacchari, conuentum Francorum uorti statuunt; ad quem cum Venerabilis præfus noster venire non posset, graui corporis infirmitate impeditus, vice sua me direxit. Tandem in communi reuerendi Patres decreuerunt, vt neque Archiepiscopus nec senior noster de Gandensem Cœnobio se intromittant, usque post Octauas Pentecostes; & tunc Flideslare ad Synodum pro hac causa conueniant. Et quia hic ad Apostolatus vestri sedem delata \* vestris scriptis multotiens est annulata, vestrum expetit iudicium, vt vestra authoritas iubeat in quo foro, vel sub quibus iudicibus, causam terminare debeat. Ad præsentiam nihilominus huius sanctissimi conuentus, gratia sancti spiritus hic per vos aggregati, paruitatem meam destinauit, vt omnis Senatus Apostolicæ Ecclesiæ publicè cognoscatur, illum deuotissimo affectu, Domino Apostolico & Romanæ Sedi obedire & consentire, & vestro iudicio adinuenta vel decreta poscere, & pro posse, perpetuo seruare. Ad hæc Dominus Apostolicus, obe-

dien-

dientia beati Antistitis, & deuotionem ac studium magnificè collaudauit. Prosequitur quoque venerabilis Rauennatis Ecclesiae Metropolitanus Fridericus, & qui Palathi atque in tota legatione sua illi occurrerint, contexuit. Archiepiscopi in obediētiam, iniuriam, contemptum etiam Romanæ sedis; & è contra beati Bernwardi benignitatem, charitatem exponit. Et quod ab illo præcipuo honore sit habitus; & affluentia omnium bonorum opulentissimè reflectus. Ad hæc animositas Archiepiscopi palam ab omnibus Romanis Episcopis improbata, temeritas præsumptionis illius carpitur. In commune tamen cuncti deliberant, Coloniensem Archipræfatum cæterosque Episcopos, qui proximè venturi erant, exspectant. Mittuntur etiam nuntij, qui in Epiphania Domini, ad præsentiam vtriusque Principis illos venire iubeant. Sed cum minimè evenirent, exspectantur ad tres inducias. Cum autem nullo modo fieri posset, ut conuenirent, presbyter Tangmarus, ut absoluere tur, omnini insitit.

Tertio itaque Idus Ianuarij Imperator dimisit à se Legatum charis sui Magistri sæpe dictum Presbyterum largissimè remuneratum. Episcopo quippe munera præcipua direxit; inter alia onychinum, vas magni pretij; species quoque medicinales diuersas, pigmenta etiam diuersa.

Iam vero imminebat miserabilis dies obitus videlicet mitissimi Imperatoris. Confessus namque est prædicto Magistro cum ab illo interrogaretur, leuiter se febricitare. Ingrauescente ergò quotidie Otro III. morbo, astantibus Episcopis, communitus Sacramento corporis & sanguinis Domini inter verba puræ confessionis, decimo Calendas Februarij mitissimus ac humilimus Imperator, cum ingenti dolore omnium bonorum, spiritum efflauit. Quis valet stylo exprimere, vel fando differere irremediabilem dolorem vndique ad exequias confluentium. Funera itaque Teutonum Legio, præparatis cunctis ad iter indiguis, corpus mitissimi Domini \* Aquis portabant; susceptumque est sancto die Palmarum festivo obsequio totius Regni cunctisque principibus, præcipuo affectu ad exequias famulantibus, sepultusque est in medio choro.

Interea vota principum in diuersa rapiuntur, plerisque Regni fastigium sine respectu timoris Dei vsurpare nitentibus. Vnde Princips quidam Bruno nomine, sciens venerabilem Bernwardum Episcopum Domino Hinrico Duci reuerentissimo esse fidissimum, timens, ne cæptis eius aduersaretur, si quid inciperet, quoscunque in exitium illius, vel in damnum Hildensemensis Ecclesiæ armare poterat, pro viribus institit: hinc prædis & rapinis passim baccha-

Tt tus in S Bern-  
wardum  
solicitat  
armis.

Frideric  
Cardinalis  
de legatio-  
nesua re-  
latio.

Villigis  
consilium a  
Synodo im-  
probatum.

Episcopi  
Germania  
frustra ex-  
pectatis.

Tangma-  
rus Lega-  
tus ab Imp.  
donatus  
Hildejū re-  
mittitur.

Otro pie  
moritur.

Otro effer-  
tur Aquas  
ad sepulta-  
ram

\* Aquis-  
granum.

Bruno Sa-  
xonia Prin-  
ceps infida  
tur regno.

tus in loca & homines Episcopi. Sed ille more suo nusquam de fide  
desciuierat, quāuis multis lāpe laceſitus iniurijs. More autē sapien-  
tissimi architecti, prudētissimus Præſul fundamina noui regni pre-  
cum initij inchoauit. Omnes namq; fratrum & sororum cateruas,  
quæ diuinis ſceptris ſub eius vexillis militabant, intenta supplica-  
tione, intenta rerum necessitate, aduigilare monebat. Ipſe quoque,  
quod tamen cunctos celabat, arctā Domini clementiam abſtinē-  
tiā exorabat. Vnde fit mirabilis Dei misericordia in electum adun-  
atio, ut popularium vota primorum præuenirent ſtudia. Nam ſic ubi

publici cōuentus cogebantur, vox vna vulgarium Dñm Hinricum  
debere imperare, ipſum non alium quēlibet rebus debere præſeffe.  
Omnibus ergo pari voto in electione illius cōcordatibus, VVille-  
gifuſus Archiepiscop⁹, & beatus Bernvardus, cū cateris regni Prin-  
cipibus Dñm Hinricum Mogontiam cum ſummo honore ducen-  
tes, Dominica Octaua Pētecoſtes regimē & regiā potestatē, cum  
Dominica hasta illi tradiderūt; ac deinde omnib⁹ ritē pātis, cum  
maximo tripudio vniuersorum, ſolēniter eum Dei gratia vnxerūt.

Nouus autem Rex Paderbrunni, Sancti Laurentij Natale cele-  
brauit, ibiq; Domna Cunigunda regalem corōnam & benedictionē  
à VVillegifuſo Archiepifco accepit. Sophia verò ad Gandēſemē-  
ſe Coenobium eleēta, more ſuo, velut in ſacro velamine, proprium  
repudiata: eſt Epifcopū; ita nunc quoq; dignata à ſuo paſtore, &  
patre regiminis, & confeſerationē picipere, tumore fastuq; vanitatis  
à palligero benedici obtētu Regis & Principium, expetijt: Beatus  
autem Bernvardus non valens rēſiſtere, annuit.

Anno Incarnationis Dñi millesimo tertio Rex orationis cauſa  
Epifcopia & Abbatias, ſancta videlicet loca circuiens, vbi ſerui Dei  
vel ancillæ religiosius in diuino ſeruicio excubabāt, vt ſe regnū que-  
diuinitus ſibi collatum illorum precibus tueretur, Hildennensem  
adire magnificè desiderabat. Sed, quia nullus Regum ante illum  
religione loci id aggredi tentabat, beatum Bernvardum cōuenit;  
qua ratione ſanctum locum visitare audeat, consulit. Licētia quoq;  
ab illo acceptā, ante ſanctum diem Palmarum præfatam Ecclesiā  
ad ijs ſuceptuſq; eſt ſolemni honore. Ipſe quoq; in altaris ac fratru-  
minifterium p̄cipuam pecuniā largitus, locum ditare & ho-  
norare promiſit, atque ex magna parte perfecit.

Tertio poſthoc anno, occidentalibus Gallis Rēpublicā infe-  
ſtantib⁹, idem Imperator expeditionē aduersum illos mouit; Cui⁹  
arma beatus Pontifex iuxta præceptū Domini, quæ Dei erant Deo,  
quæ Cæſaris Cæſari fideliter restituens, cum immensa manu mili-  
tum, vigiliatissimo obsequio ad gratiā militabat. Expeditione vero  
ſoluta

S.Bern-  
wardus  
regni ſa-  
zum Deo  
commen-  
dat.

Henricus  
claudius  
omnium  
votis Rex  
designatur  
S Bern-  
wardus  
ſiſauer.  
Moguntia  
coronatus.  
Dominica  
hasta ei-  
traditur.  
Cunigun-  
dis Pader-  
brunni:  
regina in-  
ungitur.  
Sophia  
Gandesh-  
mensis be-  
nedictus.  
à Metro-  
politano  
VVillegifuſo:

Henricus  
Rex recens  
electus.  
Hildegardis  
bemium  
venit, &  
dona of-  
ferte anno  
MUII.

Henrici  
expeditione  
in Galliam

Soluta, q; prius voto decreuerat, ad sanctū Martinum tetendit, non tamen absq; regali licentia fraternaq; Episcoporū munificētia. Suos itaq; omnes iter quod disposuerat diligētissimē cælabat, quia ille lacrymas, ne posset sufferre, timebat. Regi tamē comendatus non multis comitat⁹, iter aggress⁹ est. Parisijs apud S. Dionysium aliquot dies cōsistens, loca sancta lustrādo, animi magna cōtritione totum se Dño mactauit. Inde Thuronis tendens, magna sedulitate Roberti Regis in via vsus est, ibi etiā septimana cōuersat⁹, corā pio patrono, sua, suorumq; cōmissa, quotidianis vbertim lacrymis deflet. Honorat⁹ deniq; à Rege & Episcopis preciosissimis B. Martini de sacro corpore reliquijs (nam maximū aestimabatur, si cui aliquātula particula de casula, siue de cæteris paramētis sancti Cōfessoris posset cōtingere) ipse cœlesti thesauro remunerat⁹, & aliorū plurimorū sanctorū cum benedictione omnium inde digressus, Parisios perueniens aliquot dies consueto exercitio precum intētus, nihil ominus etiam à præfato Principe & Episcopis pretiosissimi Martyris Dionysij sociorumq; eius sacrosanctis pignorib⁹ perceptis, cum benedictione & gratia ab illis digressus, felici cursu ad patriā repe-dabat. Et quanquā post tanti itineris difficilimū laborem, celerem redditum vota omnium præoptarent, vicit tamen affectus; quo semper Dominis obsequebatur, & benignissimū Regem Aquis positū adiit; à quo affectuosè suscipitur; quia iam diu ægrè illū videre cupiebat. Nam Bauenberch regali loco, qui sibi hæreditario iure à maioribus suis competebat, Episcopalē Sedem nouiter cupiebat insti-tuere; vnde Synodū omnium Episcoporū in Franconouord adunauit, vt scripta Romani Pōtificis suphoc & decreta cōmuni iudicio cōprobarent. Cui taxationi insignem Dei seruū & Antistitem Bern vvardū primo Regalis Maiestas, tuin Episcopalis dignitas interesse magnis precib⁹ postulabant. Nec abnuit; quin prōptissima obediētia Regē honorauit. Reuers⁹ verò Hildenēsem, delatas Sanctorum reliquias veneratione condigna seruādas locauit, semetipsum in sanctimonia solita sollicitius exercuit. Episcopatus sui terminos antiquitus præfixos, labore nimio, & sollicitudine custodiuit.

Illis diebus miserabilis, cunctisq; sanctæ matris Ecclesiæ filijs ppetuò lacrymabilis luctus, peccatis nostris exigentibus, exortus est: ita vt duodecimo Kalendas Februarij nobile Monasteriū sanctæ Hildennensem Ecclesiæ diabolicæ fraudis faculis nostrorumq; criminū flammis pene incendio pditum est. Nam in eadem nocte primæ quietis tempore cunctis infra urbē cōmorantib⁹ magis peccatorū pōdere sōpit, quā somnia alteri quieti deditis grādis

ille dolor nobis misericordia superuenit. Verum sancte Dei genitricis interuentu, sanctorumque nostrorum pio precatu, dominique nostri venerabilis Bernwardi Episcopi acerbissimo ploratu, omnis ille vel hemens ardor, diuiniororis infusione extintus est, & illud venerabile templum mansit in columnis, seruatum Dei gratia, nisi quod nobis perpetuo est lugendum, quod cum pretiosissimo missali ornamento inexplicabilis librorum copia periret; nosque spiritualium nostri armorum inermes reliquit. Ipso quoque anno, beatus Bernwardus sanctæ Hildensemensis ciuitatis patronus, sequenti omnium Sanctorum festiuitatis die, altare summum sanctæ Dei genitricis, quod proch dolor, peccatis nostris promerentibus, valida, ut dictum est ignis inundatione confractum erat, deuotissima metis intentione, quarto Nonas Nouembris in melius restaurauit. & benedixit, Deo que acceptius hominibusque laudabilius, auri argentiq; ac gemmarum claritate effecit.

*Rothegar-*  
*dis Abba-*  
*tissa Hilt-*  
*vvardis Ho-*  
*sensis pie-*  
*mors memo-*  
*rabilis.*

Interea Domina Rothegardis dignæ memorie Hildevardeshusensis Ecclesiæ Abbatissa, venerabilis Bernwardi Episcopi matrterea, diutina corporis infirmitate castigata, resolutionis suæ die sibi semper optabilem, diuino, ut creditur, instinctu, instare cognovit; Vnde in sacratissima nocte Dominicæ Nativitytatis, ad missam, Dominus dixit, in Ecclesiam scilicet ferri præcepit, ibique, Dominicæ Corporis & sanguinis viaticum percepit. Inde, rite omnibus peractis, denuò ad lectum reportata, conuocatis sororibus, ita exorsa est.

*Mortem*  
*suam vari-*  
*cinas pra-*  
*dicis.*

Ex hac vita me hodie carissimæ, quo Deus iussit inuitari vobis denuntio; sed hoc, quia infra maioris missæ solemnia futurum esse non ignoro, ne qua diuini famulatus fiat interruptio, vos, auditæ mea morte, minimè turbari deposco. Dei namque tanto mihi largius auxilium affuturum esse confido si modo nulla eius servitij, mei causa, facta fuerit intermissione. Diuinis itaque solemnis ex more completis, ad communidum exitum meum quantocius occurere festinate; suoque creatori animam precibus attentius commendare curate; vestrumque semper finem suspectum habentes, in illo tremendo iudicio, dum licitum est, per bona opera Deo dignæ inueniri satagite. His diebus, eas stupentes nimium pariter ac mirantes, abire permisit. Quod, quia Spiritu propheticō, præuidet, rei patenter exitus ostendit. Nam, ut prædixerat, infra maiorem Missam, incipiēte Sequentia, sancta illius anima carnis est ergastulo soluta. Vnde manifestè datur intelligi, beatam hanc fæminam, plus aliquid ceteris mortalibus diuinæ gratiæ concepisse; cui nō solum suæ carnis absolucionē tam euidenter concessum est præscire potuisse, verum etiam eodie, præsentis vitæ miseriæ feliciter evasisse, quo ad ea

proto-

prototius mundi salute tolerandam, Redemptor humani generis, ex inuiolatae Virginis vtero ineffabiliter prodiens, creditur aduenisse.

Anno autem Incarnationis Domini nostri Iesu Christi Millesimo septimo, Rex Venerandus Hinticus totius Romani Imperij potentissimus, Palithi Natale Domini, cum maxima gloria celebrauit. Quocunque verò sapientissimus Imperator ora sui sanctissimi vultus circumculit, si quos forte dissidentes reperit, aut statim reconciliabat; vel si quicquam obstitit, ut id non posset, effice re nunquam mente feriabat, donec violatam charitatem reformabat. Quod etiam tunc in ipso Feste singularis Natiuitatis, facere prudenter instituit. Nam vetus odium, quod Archiepiscopus Willegis ad Hildensem Episcopum beatum videlicet Bernvardum leuibus de causis conceptum, saeuis irarum stimulis irremediabiliter sub mente nutriebat, saepius delinire cupiens, animositate illius victus, destitit. Veruntamen coram multis Episcopis, alijsque Principibus, qui ad Palatum affluerant, conueniens Archiepiscopum, tanta auctoritate pertinaciam animi illius digna inuocatione confregit, ut se, totamque controuersiam illius iudicio, vel fratrum votis obstatet. \* Deinde sapientissimus Rex saepius interceptam Gandensem Ecclesiæ Dedicationem, in Vigilia Epiphaniæ Domini indixit, quæ \* tunc prima feria Dominicæ Resurrectionis accidit; Vocationem etiam Ancillarum Dei in ipsa sacra die Epiphaniarum. Venerabilis igitur Bernvardus Episcopus Willegisum Archiepiscopum & cæteros fratres in auxilium sui ad consecrationem prædictæ Ecclesiæ inuitauit. Nec mora, adest sacra solemnitas, consecrationis mysteria ex præcepto beati Bernvardi Episcopi disponuntur; fiunt omnia fraterna charitate, ita ut Archiepiscopus in aspersione primum locum teneret, & cum ipso beatus Bernvardus Episcopus. In Ecclesia verò ipse, cuius Parochia erat, mysteria consecrationis fratribus dispensabat: primum namque gradum ille obtinebat. Expletis itaque, Dei gratia omnibus fraterna charitate, Rex cum Archiepiscopo & cæteris ad populum progressus, sic locutus est. Diuturnam, peccatis agentibus, controuersiam charissimi hodie deponere, & terminare, dignum duximus. Agnosco enim, & scio hanc Ecclesiæ & adiacentes villas Hildensemibus Episcopis semper pertinere, & ab illis absque contradictione possessam esse. Ad hæc verba Imperatoris V Willegisus Archiepiscopus tandem Dei misericordia in se rediens, & quicquid proprio reatu, vel aliorum instinctu, in Deum & sanctam eius Genitricem exercuisset, videli-

*Henricus  
Rex Natale  
Domini  
Palithice-  
lebrat.*

*Regis in se-  
dandis dis-  
cordijs &  
pace recon-  
cilande  
studium.*

*Vvilligis  
& Bern-  
wards  
concordia  
excitat.*

*\* referre  
Eidetur  
Dedicatio-  
nem.*

*Indicitur  
Gandeshe-  
mensis Ec-  
clesie noua  
dedicatio  
& Virginis  
Vtatio.*

*Dedicatio-  
nis ordo  
inter Vvil-  
ligisum &  
S Bern-  
vardum.*

*Reconcilia-  
cio partis*

cet iniusta inuasione Parochiæ Gandesem ad titulum Hildesemmē  
*Villigis  
go abdicit  
sue Gan  
deshemens  
per ferulā.*  
 sis Ecclesiæ pertinentis publicè cōfitens, iuri & repetitione eiusdem  
 loci abrenuntiauit, & in testimonium huius abrenuntiationis, feru-  
 lam Episcopalem beato Bernvvardo tradidit, dicens. Frater charis-  
 tate, & Coepiscope, abrenuntio iuri huius Ecclesiæ, & hanc pasto-  
 ralem ferulam, quam manu gesto, tibi sub testimonio Christi & Do-  
 mini nostri Regis, & Fratrum nostrorum trado in testimonium, ut  
 hoc neque ego, neque illus successor mens, aliquam interpellatio-  
 nem, vel repetitionem de hac re possit habere. Sicque officium Mis-  
 sa ab Archiepiscopo, consensu beati Bernvvardi, solemniter pera-  
 etum est. Sequenti autem die Epiphaniæ Domini, velatio virginum  
 solemní celebratione præsente Rege omnibusq; Episcopis à Bern-  
 vardo venerabili Episcopo facta est. Sicq; gratia Dei rebus in pace,  
 & caritate, sapientia mitissimi principis compositis, discessum est.  
 Archiepiscopus autem, hac lite sedata, Præsulem nostrum omni ho-

*Villigis  
cum Hilde  
neshemensi  
Ecclæ ne  
cessitudo.  
Eius obi-  
tuo.  
S. Bern-  
wardus  
consecrat  
Erkenbal-  
dum Mo-  
gunt. Ar-  
chiepisco-  
pum.  
Erkenbal-  
di Archie-  
piscopi cum  
S. Bern-  
wardus co-  
guatus.  
+ Calu-  
miam vel  
lenocinia.  
Mors Er-  
kenbaldi.  
Aribro eius  
successor.  
S. Bern-  
wardus  
Aribonem  
à Gande-  
shemensis  
Abbasie  
actione ve-  
mouere fū  
det.*

nore & charitate dilexit, & in nostro Monasterio fraternitate hono-  
 rificè acquisita, summam dilectionem & loco & fratribus præuidit.  
 His itaq; se habentibus, idem Archiepiscopus, quinto post hoc an-  
 no, plenus dierum bonorumq; operum, septimo Calendas Martij  
 migrauit ad Dominum: post quem Erkenbaldus subrogatur Mogō-  
 tino Regimini, prius Abbas Fulensis cœnobij, cui nihil deerat Ca-  
 tholicæ fidei; quem beatus Præsul Bernvvardus Kalendis Aprilis  
 Mogontiæ consecravit. Diuino itaq; respectu surrexit in Archipræ-  
 sulem, quia tempore iracundiæ, factus est reconciliatio. Qui quoad  
 usq; vixit prioris discordiæ\* lenomnia non habuit, insuper ordina-  
 torem suum consanguinitate etiam sibi propinquum, debita deuoti-  
 one, ut patrem, coluit, & paterna caritate tractauit. Quinto dein-  
 de anno Erkenbaldus Mogotiæ Metropolitanus plenus dierum, &  
 meritorum, decimoquinto Kalendas Septembbris, pacem Dei Ec-  
 clæ dereliquit, & animam in manus Angelorum efflauit. Huic A-  
 ribo Regius capellanus successit in regimen, per quem rediuua re-  
 staurantur arma discordiæ, quæ sub prædecessore suo sopita quieue-  
 runt, præualente gratia concordiæ: quem futurum Pontificem cū  
 in sacerdotem consecrare deberet Deo dignissimus Bernvvardus,  
 gladio verbi Dei adstrinxit, & anathematizauit, præsente Domino  
 Hinrico, benignissimo Imperatore, & diuersis Episcopis, cum a-  
 stantibus populis & clericis, ne post suscepsum Régimen sanctæ  
 Hildensemensi Ecclesiæ inferret iniuriam super parochia Gande-  
 shem, dicta. Quod ipsum iterum repetijt, & confirmauit, dum  
 illum, vice sua in Archiepiscopum venerabilis Eggehardus con-  
 secravit Episcopus. Sed quod tunc subdolè promisit, grasiante

stulti-

Stultitia, post fecellit. In ipsa enim promotione sua Dominum Bernwardum Episcopum facta pace per Legatum suum conuenit, & per falsa \* salutaria, querimoniam super Gandensem tentauit: Cui beatus Bernwardus, diuina inspiratione doctus, non eius vaniloquio attendens, obligationis suæ anathema retexit, dicens; nil sibi commune cum illo esse, si bene veller nisi ea quæ Dei essent: de parochia verò sua absque dubio, nihil sibi cessisse. Hac response obstruitur machinatio Archiepiscopi; & super hac nec mutare quidem ausus est in vita beati Bernwardi Episcopi.

### EXPLICIT TANGMARVS.

**N**TEREA venerabilis Præsul Bernwardus ampliare studens diuinæ seruitutis obsequium, in parochia sui præsulatus ob recompensationem futuram, Christum elegit hæredem; & quod præcipuum habuit, seipsum cum omnibus acquisitis vel acquirēdis rebus Patri omnipotenti, sicut iam dudum in secreto mentis statuerat, in sacrificium obtulit. Monasterium itaque in Septentrionali parte ciuitatis in loco quondam squalido, feris quoque seu brutis animalibus coaptato, tota deuotione, & apparatu decenti instituit; quod prædijs sufficientibus dotatum, cœnobitis Deo famulantibus ibi, degeneravit.

Anno vero Incarnationis Millesimo quinto decimo, Regni autem Domini Henrici p̄fissimi Imperatoris decimiquarti, ordinatio Domini Bernwardi venerabilissimi Præsulis vigesimitertij, Indictione decimatertia, tertio Kalendis Octobris, Cryptæ eiusdem monasterij magno decore, Dei gratia consummata, dedicatur à prefato Antistite Bernwardo, & honorabili Slesvicensis Ecclesiæ Antistite Eggehardo, atq; venerando Mimigardeuordensi pastore Thiderico, in honore Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, & eius Beatisimæ & gloriosissimæ genitricis perpetuæq; virginis Mariæ, sanctiq; Michaelis Archangeli, totius quoq; militiae cœlestis exercitus, & simul sexaginta sex reliquiarum ab eisdem venerabilibus patribus & præsulibus ibidem digna veneratione reconditarum.

Anno perinde Incarnationis Dominicæ Millesimo vigesimosecundo, Regni autem Domini Henrici Imperatoris vigesimoprimo, ordinationis verò beati Bernwardi trigesimo, Indictione quinta, tertio Kalendas Octobris, supradictum Monasterium ad utilitatem monasticæ vitæ constructum, multiplicique, velut hodie patet, ornatu perfectum, dedicatum est cum omni deuotio- ne Ecclesiasticæ religionis à venerando eiusdem Ecclesiæ prouisore

Aribold.  
tem Gant.  
denserem.  
sem reno-  
nat.  
\* salutem  
ria.

S. Bern-  
wardus  
incipit cons-  
dere Abba-  
tiam vel  
Monaste-  
rium S. Mi-  
chaelis dia-  
sciplina S.  
Benedicti.

Crypta Mo-  
nasterij de-  
dicatur.

Absolute  
Monasterio  
dedicatur  
Ecclesia S.  
Michaelis

sore Bernvvardo Pontifice, & ab honorabili Vnevano Archipræsule Hammeburgensis Ecclesiæ, ab Eggehardo Slesvicensi Antistite, & à Bennone Aldenburgenis Ecclesiæ Reuerendissimo Antistite, in honore Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, & eius sanctissimæ Genitricis semperque Virginis Mariæ ac salutiferi ligni adorandæ & viuificæ Crucis, & ad speciale patrocinium Sancti Michaelis Archangeli, totiusque militiæ cœli, & ad laudem venerationis omnium Sanctorum Dei. Sed mox eiusdem Monasterij habitaculum commissum est ad regendum Abbatis officio, Gode rammo Cœnobij sancti Pantaleonis Præposito. Tandem verò sancti Michaelis Ecclesiæ vir Beatus, postquam prædijs opulentissime dotauit, præsente Apostolici Legato, uno videlicet Cardinalium cum vndeclim Episcopis, nec non & diuersarum professionum personis, banni sui auctoritate roborauit. Hoc autem piæ deuotionis opus, quam mature animo intenderit, quo seruore, naœta opportunitate aggressus sit, qua vigilantia & assiduitate institerit, qua caritate sufficientiam exteriorum ei prouiderit, quâ libertate construxerit, qua authoritate firmauerit, quantum etiam ipse interim, diuino tactus verbere, profecerit, ipsius verbis melius protremus. Dicit enim in priuilegio eidem Cœnobio dato. Omnis creatura, homo, nonne ideo a suo condita est Creatore, ut iuxta ritum naturæ, potius suo seruiat Creatori, quam creaturæ. Cuius habitudinis status dum sit rerum discolor usus, animum tamer. ratio nis compotem semper reflectit ad suæ conditionis tramitem. Sed quo amplius quemque correxerit diuinus haustus, tanto diuinius se Deo quisque obligat in omnibus rebus. Et hoc fieri nequit, nisi vbi valida Dei manus quemque sibi attraxerit. Vnde in appetitu gratiæ se cui \* imaginat & conformat, protec̄tio diuinæ misericordiæ. \* Cuius rei experimentum dum consulimus, è vestigio nobis occurrit diuinum responsum, quod peccante Adam, & inde longa exilij dispendia perferente, credidisse Abraham Deo, & hoc illi reputatum esse ad iustitiam. \* Cumque, & diuina prætencionte clementia tum, & exigentibus meritis accipimus Legislatorem, Moysen, Duce ac Præceptorem extitisse populi Israel. Pari examine sanctitatis, miramur, miraculorum factorem Heliam humaniæ ui nondum cognouisse metam, sed curru igneo sublatum esse, ultimo sæculorum iudicio. \* Excedit mentem nec capiet finem, si de his, & horum similibus nostra ratio ulterius se tendere voluerit. Satis indicio est, quantus assurrexerit in prælijs Dauid manu fortis: & sole lucidius est, strueto tabernaculo Dei, quantis religionum ritibus & libaminum mysticis cultibus se Deo approxima-

*Goderamus 1. 16  
bas Monas.  
S. Michaelis.*

*Fundatio  
Monasterij*

*Excerptus  
Privilegij  
vel Char-  
ta funda-  
tionis sed  
mutatum.*

\* *enique*

\*

\*

\* *referatur*

ximauerit. sanctus Salomon, cuius pœnitentia meritis nullus unquam repertus est similis. Quibus omnibus ad habitudinem <sup>Salomon</sup> ~~fa-~~<sup>santus.</sup> etorum reuelauit Deus secreta meritorum, ut temporaliter merito & opere omnibus semper essent disperses, ansuper aeternaliter angelis spiritibus fierent coæquales.

Hæc ego Bernwardus considerans, Dei præelectione non metit diætus Episcopus, & diuturna meditatione voluens, qua meritorum architectura, quoque rerum pretio, possem mercari cœlestia, cum essem aulicus scriba doctus, & beatæ memorie tertij Imperatoris Ottonis didascalus, simul Primocrinius, diuinatactus gratia, <sup>S. Bern- uardus officia.</sup> reatus mei superflua perhorrescens, diuinamq; gratiam concupisces, distracti animum in diuersa, quomodo aeternæ satisfacerem misericordia, sicque remedium meæ obtinerem animæ. Sed intenuitate tunc meæ qualitatis, quicquid animo apponebā, aut vix inchoandū, aut nunquam perficiendum timebam. Animus tamen magis ac magis ardore sancti propositi desudabat, dicet tunc temporis fortuna quid inchoasse verabat; cum ecce Dei electio, senatumq; declamatio, me Pôficalis gloria solio intronizandum præligunt; & ne grex Dñi turbaretur, sine Pastore, ne Ecclesia mater nostra esset quasi vidua, in electione noui Pontificis, cor vnu & animam vnam omnibus fecit habere spiritus pacis. Intronizat<sup>9</sup> Bennopolitanæ Ecclesiæ, q; diu animo conceperā, opere cōplere volebam, scilicet beatæ memorie tradere titulum nominis mei, Ecclesiæ struxisse, ac officia Deo seruientium inibi ordinasse, omnime facultatulam meam. Dominolucrasse, quiesceret pars & hæreditas mea. Et, quia sunt occulta Dei iudicia, semper tamen iusta, consensu & hortatu Christi fidelium, nouam Dei Ecclesiam condere cœpi, in qua ad laudem & gloriā nominis Domini, & voti mei ppo- situm adimplui, & sanctæ Christianitati, adhibitis Deo dilectis fratribus, consuli. Fundato enim in ouello opere, & designatis eo loci locoru qualitatib<sup>9</sup>, ne occasio terrenæ vagationis, esset dilatio cœpti operis, gloria tibi Christe, tactus febris in commodo, agrotare cœpi quinquennio: & dum nihil sit interris sine causa, castigans castigauit me Dominus & morti non tradidit me, vt credo & confido in Domino, ne absentia meæ præsentia fieret quædam intermis- sio spei meæ. Cui loco, Deo, sanctæque Crucis, perpetuæque Virgi- ni Mariæ, Sanctoque Michaeli Archangelo titulato, Monastici Ordinis indidi personas, quas ea ratione coadunauit, vt sicut iuxta monachicam normam sunt à sæculi actibus alieni; ita essent ab omni impedimento sæcularis seruitij, liberti. Consilio itaque senioris mei Imperatoris Hinrici, & magistri mei Erkenbaldi Archiepi- <sup>Ecken- baldum</sup> scopi,

scopi, quem ego cum confratrum meorum conuentu in Archiepiscopum consecraui, quicquid terrenarum facultatum in curtis, curtibus, terris, pascuis, aquis, siluis, pratis, Ecclesijs, sanctorum pignoribus, libris, argento & auro, & quicquid id est, quod hereditario iure possedi, aut seculari coemptione acquirere potui, exceptis plurimis, quæ altari sanctæ Mariæ in principali Ecclesia in coronis aureis, calicibus, candelabris, pallijs, alijsque Ecclesiastici ordinis ornamenti contuli, totum vobis fratum, permanus Aduocati mei, tradidi, Deo & sanctis eius, pro animabus predicatorum seniorum meorum Imperatorum, & mea, omniumque successorum meorum, & eorum, quorum patrimonia acquisiui; quatenus seruitores Christi, ab omni terreno seruitio liberi sub defensione, & patrocinij successorum meorum Episcoporum premuniti, in pace & misericordia, quieta tempora ducat. Si quis autem mei ordinis successor, aut aliqua secularis persona hoc effringere voluerit, & haec tyranicè sibi usurpare presumperit, gladio verbi Dei à Deo & Sanctis eius illum submoueo, ut, incumbente super illum omni maledictione, creat benedictione, siveque exterminatus à terra & caelo, partem habeat cum Iuda, & cū his, qui in hereditate possident sanctuariū Dei. Insuper heredes, Dei & nostralientia in suos usus sua studeant regere, dum videtur alienū inuasore, in suis patrimonij debacchare.

Hæc beativiri dicta consideranti, facile patebit quanta velipse in Deum deuotione profecerit, vel quanta superni respectus dignatio eum assumpserit. Qui enim insistens operi cœlesti verbere merebatur aliquati, manifestis indicijs probatur à Domino dilig. His itaq; piæ deuotionis studijs Deo dignè & hominib; laudabiliter omni vitæ suæ tempore conuersatus, anno ordinationis suæ trigesimo primo, cū iam transitus sui diem, quæ semper optauerat iminere puerideret, capellam inter sacellum sanctæ Crucis, & monasterium suū constructam, in honore beati Christi confessoris Martini avenerabilis viro Eggehardo Slesvicensi Episcopo dedicari fecit: ibidem augmēto religionis ipso die habitum priorem mutans, monachicæ professionis iugum suscepit. Tactus deinde infirmitate ultima, cum adesse exitus sui horam sensisset, in eandem Capellam se ferri præcepit, iustum esse afferens, ibidem vitæ terminum sortiri, ubi secularis ab renuntiationis habitu, se contigisset insigniri. Sic itaq; beatus vir diutina corporalis molestiæ infirmitate tritus, bonum certamen certans, cursum consummans, fidē seruans, viam vniuersitatem carnis ingressus, ut credimus, certumque tenemus, diuinis admixtus spiritibus, duce Michaele Archangelo, beatae immortalitati est praeservatus. Qui quoadusque vixit Domino se sacrificium iustitiae sacrificavit.

B. Bernwardus  
in Capella  
S. Martini  
Monachum  
induit.

In eadē  
Deo spiri-  
tum pte  
reddi.

uit; sicutq; plurimis mirificatus insignijs cælesti pace quiescit. Obiit duodecimo Kalendas Decembris; sedet autem in Cathedra triginta annis; cuius recessus ad Deum fecit nos pupilos absq; patre; matræ nostram Hildensemsem sanctam Ecclesiam quasi viduam. Nam mox tanti patris excessu; tota ciuitas commota, congemuit, & tam cleri quam plebis cœtus omnis doluit. Vbiq; vociferatio lugubris exoritur, mæror inconsolabilis cuiusq; professionis auditur; & quem secum manentem communis affectu semper amplectebatur, hunc non immerito decedentem, lamentatione communis prosequuntur. Hinc pauperum, hinc viduarum, orphanorumq; turba miserabili ciuitatu patre se amisisse proclamat, hinc patriæ defensorem, pacis amatorem ac totius Republicæ sagacissimum prouisorē tam nobilium dignitas, quam plebium humilitas concordi dolore subtrahit esse, deplorat. Mirum nempe in modū, vir iste omnib. omnia factus, inter diuites & pauperes, inter elatos & humiles auctorabili quadā modestia incedebat medius; & vtrobiq;, iustè prouidus, nec in itibus intraestabilis, nec proteruis despabilis apparebat. Comuni ergo, vt dictum est querimonia defunctus plangebatur, qui communis dilectionis honore colebatur. Sed ne irrationabiliter, more illorum, qui spem non habent, contristemur, si consolatē perdidisse dolemus in terris, patrocinantem habere gaudeamus in cælis; & sic corpori compassionis officia impendamus, vt etiam spiritui felicitate cum Deo regnanti congratulationis debita persoluamus. Præcepérat autem adhuc viuens, vt feretrum, quo ad tumulandum corpus eius efferebatur, non pallio, vt moris est in talis personæ funereo obsequio, sed cilicio operiretur. quod ideo hic inferendum putauimus, vt cunctis legentibus pateat, quanto vir iste à Domino etiam temporali honore sublimatus, semetipsum humilitate depresso, cuius viuentis spiritus deuotio tam humile obsequium defunctæ quoq; carni prouiderit. More itaq; Ecclesiastico exequijs ritè celebratis, corpus Deo dilecti Præfusilis in Crypta cenobij q; ipse fundauerat ante altare sanctæ Mariæ, maxima cum Christi fidelium deuotione sepelitur. Sepulchrum autem sancta sibi deuotione præparaverat, & tale solæ humilitatis epitaphium superscripsérat.

*Ludovi 15  
complora-  
tio in fune-  
re Sancti.*

*S Bern.  
vvardi  
mandata  
de operien-  
do feretro  
cilicij te-  
gmine.*

*Pars hominis Bernwardus eram nunc claudor in isto*

*Sarcophago dire, vilis & ecce cinis.*

*Proh dolor officij culmen quia non bene gessi.*

*Sit pia pax anima, vos & amen canite.*

*Quid hac re beati viri mansuetudine dulcius, quid abiectione laudabilius? quo enim sevilius sub humilitatis deprimit modio, eo lucidius in Ecclesiæ appetet candelabro. Et quantum suo iudicio*

facerdotali honore indignus deputatur, tantum laudabilis vita testimonio dignus per omnia comprobatur. Piè denique consideranti modum conuersationis eius, & sanctæ à puerō institutionis magni meritiluce clarius apparebit, quamuis longè aliter seipse æstimauerit. Valles enim secundum psalmistam, frumento abundant, hoc est humiles spiritu, potioribus diuinæ largitatis muneribus, exuberant. Sed pius Pater Deo plane & Ecclesiæ dignissimus, & inter cæteras virtutes, quibus adornatus erat, humilitatis cultor præcipuus, quid pro ipsa cordis humilitate consolationis, quid fideli, ac spei conceperit, manifestat in titulo, quem his verbis interioris sarcophagi inscripsit loculo.

*Titulus  
S Bern-  
wardi  
loculo in-  
scriptus.  
lib. 19.*

Scio quod Redemptor meus viuit & in nouissimo die de terra surrectus sum, & rursū circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, quem visurus sum ego ipse & oculi mei specturi sunt, & non alius. Reposita est hac spes mea in sinu meo. Quæ nimirum dicta eospiritualib ipso creduntur repetita, quo primum ea constat fuisse prolatæ: ac si alijs verbis apertius diceret. Bonum certamen certauij cursum consummaui, fidem seruauii, de reliquo reposita est mihi corona iustitiae.



¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

# ISTA QVAE SEQVVN-

## TVR IN PLERISQVE LIBRIS ET CODICIBVS INVENIVNTVR DE OBITU S. PRÆSVLIS.

**B**RANSITVS viri Dei sanctissimi Præsulis nostri Bernwardi nonnullis diuinitus ostensus est, sed ista prosequendo liber priora paululum attendere. Sedebat aliquando vir Dei Bernwardus adhuc viuens cum hospitibus suis in aula sua. Scholaris vero quidam pauper anteores eleemosynas peterendo, pium Præsulem ut sui miseretur, inuocauit. Quod audiens homo propheticus, & Spiritu Dei plenus, iussit, ut Episcopus Coloniensis foris stans mox introducetur. Currentes ergo ministri, renuntiauerunt neminem foris esse præter illum scholarem pauperem. Sanctus autem Bernwardus affirmans ipsum esse Coloniensem Episcopum, festinanter adduci præcepit; adductumque benignè suscipiens, in capite mensæ pauperem reuidentem collocauit. Cui, post mensam rubore perfuso & verecundo, pro reuerentia sibi à tanto Præsule exhibita, vir beatus quod ipse Coloniensis Episcopus esset futurus, prædictum; humiliter exorans, ut primam missam, quam in Colonia celebraret, pro paupere Bernwardo decantaret. At ille, cum summa deuotione precibus eius annuens, benedictione petita, & accepta recessit ab eo. Fatus igitur Archiepiscopus, iuxta vaticinium viri sancti regnante Domino Hintico de Bauenerberch, anno Domini millesimo vigesimo tertio, duodecimo Kalendas Decem, ad Altare missam celebraturus accedens, ipse Coloniensis Episcopus, cantoresque præueniens, missam pro defunctis, omnibus, qui aderant, stupentibus inchoauit; nec immemor interpretis sui Beatis olicet Bernwardi, cùl venisset ad Canonem, deuotissimè sicut promiserat, memoriam ipsius egit inter viuos. Sed inter salutaris victimæ consecrationem, transitus viri Dei diuinitus ei reuelatus est; unde mox etiam in memoria defunctorum nominis eius mentionem fecit; & omnia quæ acciderant, finita missa, fidelibus publicauit. Qui cælesti miraculum curiosius inuestigare cupientes, missis exploratoribus in Hildensem, certissimè cognouerunt, quod eadem hora, quando Ar-

chiepiscopus hostiam nostræ salutis immolauit, anima sanctissima, fidelis & prudentis serui Domini nostri Iesu Christi, cœleste gaudium introiuit.

Fuit nihilominus in remotis partibus à ciuitate Lunda ad duodecim milliaria viginti sex annis quidam inclusus in quadam sylua deuotus Eremita Anselmus nomine, qui solitas Deo preces fundens, statim fuit in spiritu: & vidit ipsa die, qua anima virti Dei cœlestia claustra petiuit, cœlos apertos cum ingenti lumine; & audiuit inter dulcem melodiam beatorum spirituum, hoc carmen ab Angelis iterari. O fælix anima Bernwardi; cuius merita hominib⁹ adhuc sunt incognita, Deo autem & nobis valde nota. Hæc tribus vicibus continua die depositionis vidit, & audieuit. Prædictam revelationem vir Dei, dum sæpe cum deuotione reuolueret, vbi tam illius nominis vir tam beatus habitasset, ignoraret, ecce adstitit ei venerabilis persona proceræ staturæ, venusta facie, respersa canis, & operimentis Pontificalibus vestita, dicens ei. Ego sum Bernwardus Episcopus Hildensem, quam trina visione in choro Angelorum collaudari audisti. Ego templum in Hildensem Angelis construxi, & Virginis filium patrimonij mei successorem feci, cunctisque sæculi voluptatibus renuntiaui; habitum Angelicum suscep- pi; nunc quoque centuplum omnia recepi; ac in tali iubilo sicut vidisti, vitam æternam possideo. His sibi cum alijs quibusdam reuelatis, cum ingenti lumine disparuit, & pro gloria sancti viri solitarius, quæ audierat & viderat, fidelibus reuelauit. Obiit itaque sanctus Praeful anno Domini Millesimo vigesimo \* tertio, vt dictum est, & sepultus in crypta Ecclesiæ lucæ, quam construxerat. Latuit autem sub terra, annis centum & septuaginta duobus. Cernitur nihilominus ad dextram partem sepulchri super columnarium conscriptio talis.

Hac tumuli fossa clauduntur Praefulis ossa

Bernwardi, miri magnificique viri.

Qui patriæ stemma, radians ut \* gemma serena,

Acceptus populo, \* complacuit Domino.

Nam fuit Ecclesiæ condignus Episcopus ille,

Quem Deus Emanuel diligit, & Michael.

Tandem bis senis undeno mense Kalendis,

Felix hanc vitam mutat in Angelicam.

Quantis post hæc miraculorum insignijs Confessorem suum Dominus glorificauerit, non est nostræ paruitatis, explanare. Sed ne cuncta præteriisse videamus, pauca de pluribus explicamus.

Eremita  
gloria bea-  
titudinis  
S. Bern-  
wardi  
sp/a die  
Deposito-  
nus per vi-  
sum often-  
dissur.

\*quidam.  
1022. meli-  
su. nam se-  
dit 30 an.  
incipies a  
25. Januarij  
an. 993.

\*Celer in-  
clita gem-  
ma edit.  
Embersi  
apud Suri-  
um in Ben-  
none.

\*Acceptus  
Domino  
compl. pop.  
Miracula  
dinerse.

Puella quædam de Erpesford oriunda Hildegardt nomine, cum multa languentium turba, diuersis ægritudinibus vexata, Hildensem aduenit, miserabilem in modum contracta, ita ut genibus pectori inhærentibus, manu dextra incuruata cubitali mensura, vix à terra surrecta, se rependo traheret. Quæ, per sex mentes & eo amplius circa loca Sanctorum reptando, mendicans à Deo salutem, à populo stipem admonita, ut ipsa referebat, per somnium ad tumulum beati Bernwardi reptando péruenit; & supposita eidem tumbæ cerea effigie, continuò coram populo, cuius eodem tempore multitudo forte conuenerat, neruorum distentione durius cruciari cepit. Quid plura? Infra biduum erecta est, & sanitati restituta. Testis est ciuitas nostra, cui miseria prodente, erat notissima.

Fuit in nostra ciuitate miles quidam ministerialis habitans. Cuius filia ægritudine pressa ac desperata. Pater anxius ne sine Baptismo Sacramento migraret, infantula enim erat, Beato viro se deuovit, vt, si meritis eius ægra spatium ad nostræ salutis Sacramentum percipiendum obtineret, ipse memoriam eius cum oblationibus visitaret. Nec mora; iuxta votum sepulchrum Beati Præfusilis adjit; inde rediens, infirmam plenè conualuisse reperit.

Alia puella de Hannouere, tanto cruciabatur oculorum dolore, vt penitus elici orbibus suis ipsi oculi putarentur vi doloris. Promissa igitur oblatione ad tumbam Sancti Præfusilis, illico, sospitate redeunte, conquieuit vis doloris.

Simili passione quidam in Rünebech vexatus, cum iam penitus oculorum salutem desperaret inuocato sancti Præfusilis auxilio, insomnum resolutus est. factio autem diluculo, penitus omni dolore fugato, surrexit, eademque die cum testibus suis sanitatis ad tumulum beati viri gratias acturus venit.

Faber quidam de Bokenen Bodo nomine, tactus est infirmitate graui per tres septimanas, ita ut manus & pedes iam præmortuos occasuros à sua compage arbitraretur. Vocatus ergo Sacerdos, cum iam desperaretur, aduenit; cuius confilio cæterorumque propinquorum, vovit, vt si intra triduum meliorari cepisset, sepulchrum beati Præfusilis gratias acturus, visitaret. Hæc cum agerentur, feria quarta ante Dominicam Rogationum, sequenti die ac nocte adeo conualuit, vt proxima sexta feria nudipes Hildensem veniret, sic tamen luridus ore, vt ipsa facies conspecta viri, audientibus fidem ficeret miraculi.

Mulier quædam Goszlarensis Elmor nomine à Dæmonne possessa, cum venisset ad beati Bernwardi memoriam per aliquos

*Contraria**Valerius  
nis despe-  
rata.**Manuum  
& pedum.*

**Demonia-** quot dies ibidem horribili modo vexata, precibus sancti Praesulis  
**ca.** curata est; septem aut plures dies postea nobiscum mansit, quotidie  
 sepulchrum Pontificale, cum deuota gratiarum actione visitauit. Crebro ibidem corpori & sanguini Domini communicauit. Inde  
 digrediens, post septimanas sex redijt, & ceream duobus denarijs  
 comparatam tumbæ supponens, pro sanitatis suæ perseverantia,  
 gratias retulit. Testis est tota Goszlaria, ubi pro mercimonij sui ne-  
 gotio probatur suis notissima. Iuuenis quidam in Bohemia, in sa-  
 cratissima nocte Natiuitatis Dominicæ cum duobus fratribus suis  
 cæterisque coœuis, ludis quibusdam in uigilans, dirissimo dæmoni  
 vexandus est traditus. fratribus utrisque subitanea morte præfoca-  
 tis, cæterisq; omnibus, qui eisdem infastis intererant ludis, à mor-  
 te subtractis, aut Dæmonum vexationi contraditis. Itaque post tri-  
 ennium, durante infelici passione, iuuenis idem ignaris parentibus  
 hoc illucque cursitans, tandem Hildensem peruenit. Ibi, dum com-  
 pletorium caneretur, Monasteriū sancti Michaelis ingressus, tam  
 dirè ante Altare sanctæ Crucis vexatus est, vt omnes, qui aderant  
 horrorem nimo stupidi, & miseratione compuncti redderentur. In-  
 trudicitur itaque vi impellentium, nimum ipse renitens, in Cry-  
 ptam ad Beati Bernvardi tumbam. Vbi diutius furore rotatus, &  
 verba blasphema garriens, vt quidam lingua meius intelligentes,  
 qui tunc forte aderant, cum stupore pauidi retulerunt, tandem con-  
 cedit, apertoque ore inhians, liquorem spurcissimum cum factore  
 nimo eructans, in columis surrexit. Postera die populo præsen-  
 tus est sanus: & ex eo, per quindecim ferme dies sepulchrum fre-  
 quentans, & pavimentum per circuitum assidue lambendo exoscu-  
 lans, deuotissime cum lacrymis liberatori suo gratias egit.

**Tempesta-** Quidam mercatores Bremenses, cum in mari versus Angliam,  
**re crepti.** nauigarent, tempestate grauissima præuenti sunt, ita, vtrupto fune  
 anchoræ, & nauit tota concussa, iam vicinum cunctis pelagus inten-  
 taret interitum. Cumque supplicatio communis, & clamor lacry-  
 mabilis concreparet ad Sanctorum patrocinia, repente quidam in-  
 tulit, quandam sanctum Pontificem Bernvardum nomine Hilde-  
 sem coruscare miraculis. Eius ergo communi voto suffragium po-  
 stulantes, continuo inter medios undatum vortices, sine labore, in-  
 solita tranquillitate portum petierunt, & in minori nauicula rede-  
 untes, anchoram suam in mari clapsam, retulerunt. Exinde domū  
 reuersi duos ex comitibus suis cum nauicula cerea, ad tumbam Bea-  
 ti viri in feria tertia post Dominicam Lætare Ierusalem, pro gratia-  
 rum actione transmiserunt. Idem quoque postea simili periculo  
 pereum liberati, argenteam anchoram per se metipso obtulerunt.

Nego-

Negotiatoris cuiusdam Hildensem habitans, coniunx, cum die Parasceue loca sanctorum more quam pluribus consueto, annuatim nudipes circuiret, thuris partem comparauit, quam ad beati Bernwardi tumbam ferre destinauit. Ergo via, quæ tendit ad monasterium sancti Michaelis, in aqua lutea, quæ per circuitum versus urbis murum decurrit, pedes lauit, inde ad monasterium tetendit. Cumque cæmeterium eiusdem Ecclesiæ concendiisset, agnouit clapsum esse thus, quod emerat. Vnde grauiter animo consternata, excussis vestimentis sicubi adhaesisset, eadem via, qua venerat, usque ad aquam qua prius pedes lauerat, querendo reuersa, nihil inuenit; mæstaque nimium ad monasterium rediit. Inde cryptam ingressa, ante tumbam Pontificis in oratione cum largo fletu procubuit, reputans apud se, ideo sibi oblationem clapsam, quod quasi indigna fuerit eam proferre ad sancti viri memoriam. Finita oratione humili, & lacrymosa, surrexit, thus perditum in manu sinistra reperit; quod tumulo superponens, cum ingenti paurore abscessit, quod gestum erat sub silentio abscondit, donec quinto aut sexto die à familiaribus eius proditum, innotuit. Quæ postmodum cum rei gestæ veritatem à quodam fratre nostro promere peteretur, non sine lacrymis narrare potuit.

*Thiso amiss  
sum mirè  
recuperato  
thus.*

Miles quidam Thietmarus nomine ministerialis Regis, in villo Hoyæ iuxta Wiseram fluuium habitabat. Huius filius annorum circiter octo, cum per quinquennium fistulæ incommodo in maxilla sinistra vexaretur, omnisque medicorum operatio in illo frustraretur, tandem ad tumulum sancti Antistitis oblationem suam, cereum videlicet caput ferre deuouit, si infra nouem dies incolunitas illi, meritis beati viri, redderetur. Igitur infra triduum ante tempus præoptatum puer remedium accepit; & ter tia feria infra hebdomadam Pentecostes, cum patre matre & a uia in testimonium receptæ sanitatis cum votis promissis ad memoriam beati viri sospes peruenit.

*Fistula  
morbis.*

Abbas etiam coenobij sancti Michaelis Conradus nomine, dum quadam die, causa utilitatis monasterij iter ageret, forte accidit, ut equo labente cui insederat, tibia collisa, prorsus debilis, & cruciatus in sella gestatoria referretur. Iussit itaque le ad sepulchrum beati Pontificis deferri; ubi in oratione prostratus, cum voulisset se, quoad viueret candelam nocte & interdiu ibi prouisurum, incoluis continuò surrexit; quiique alienis manibus est illatus, proprijs est pedibus, egressus. Neq; hoc reticendum videtur, quia plures Deo deuoti tam viri quæ fæminæ nocturnæ,

*Tibia sa-  
maria.*

*Psalmodie  
& lumen.* quietis tempore, ad sepulchrum beati Præfulis psalmodie cantus se audisse, & luminaria diuinitus accensa vidisse, & miri odoris fragrantiam sensisse, testati sunt.

Mulier quædam prouinciæ Marahren de ciuitate Olomusz, non infimis parentibus oriunda, septem annis sinistræ manus digitis in contractæ volam contractis, eiusdem brachij vlna concreta, periori pene coherente, debilis aruerat; quæ multa sanctorum loca sanitatis gratia frequentare cōsueuerat. Venit ergo multo itineris labore fatigata, mane septimo Kalendas Iunij ad sepulchrum beati Bernvardi, vbi infra priorem missam posita, populo inspectante, pristinam sanitatem recepit. Cuius rei testes idonei plurimi tunc temporis affuerunt; qui prius illam se debilem agnouisse testati sunt. Mox ergo omnes, qui huic affuere miraculo, multique de ciuitate accurrentes, Deum, qui tantis famulorum suum gloricat, \* in hymnis & laudibus benedicebant.

*Manus a.  
Tida.* Quidam in Thuringia, manum habens aridam, omnique operis officio præiuatam, cum se ad beati viri memoriam cum oblationibus ire voulisset, si meritis eius sanitatem consequeretur, in opinata celeritate, quod optauerat, adeptus est. Ille autem tantam gratiam paruipendens, & votum implere dissimulans, eiusdem manus itemq; brachij simul debilitate, multatus est. Qui, nimio dolore cogente, licet sero in se reuersus, & cur hoc pateretur haud ignarus, cum promissis oblationibus ad sancti Præfulis auxilium inuocandum, ire ceperit, nondumque peracto itinere, perfectam hospitatem recepit. Ut ergo ad locum peruenit, vbi sancti Præfulis corpus requieuit, condignas sanatori suo gratiarum actiones persoluit; nobisque, qualiter hoc gestum sit, cum pluribus suis sanitatis testibus, enarravit.

Alter quidam Volcquardus nomine, omni ciuitati nostræ notissimus, simili passione vexatus, quodam tempore, cum in beati Michaelis Ecclesiam introductus fuisset, corporalesque medicinas si biadhiberi petijsset, quidam presbyter à Deo potius sibi sanitatem petendam admonuit; & ad beati Bernvardi memoriam spe sanitatis ire, persuasit. Quo factò, vix hora dimidia transacta, Cryptam levius exiuit, seque sanatum fuisse, cunctis in Ecclesia consistentibus euidenter ostendit. Qui post septem dies reuocatus, & de persecutâia sanitatis interrogatus, cum se nihil doloris habere fuisset professus, populo, cuius multitudo aderat, est presentatus; Deusque ab omnibus magnis est laudibus glorificatus.

Rusticus quidam Lunignæ habitans, Romam ad sanctum Petrum orationis causa tendens, in eodem itinere graui cepit infirmitate detineri. Qui, cum omnimodis a carniū esu abstinere se voulisset,

set, quoadusque ad beati Bernwardi sepulchrum, gratias acturus,  
venisset, si per eum à mortis se contigisset periculo liberari, continua  
sanitati pristinæ restitutus est.

Puella quædam paruula Machtildis nomine, de Bauaria nata, sed MACHTILDE.  
apud nos à primis fere annis, in vico Fossem conuersata, religiosi  
cuiusdam viri Ecberti nomine sustentata eleemosynis, manum ha-  
bens contraham venit ad beati Bernwarditumbam, quam mox ut  
attigit, optatæ salutis remedium inuenit.

Fuit quoque Bremis mulier non ignotæ inter suos opinionis; cu- VULTUS.  
ius facies, ingrauescente morbo, adeò intumuerat vt narium & o-  
culorum discretionem pene funditus ademisset. Cumque voti eius  
beati Bernwardi compassionem implorassent, supernimiam eius  
afflictionem videntes eam sepulchrum eius visitaturam, dolor ili-  
co cessauit & inopinata celeritate sanitas pristina redijt.

Fuit in Ritelogon, qui est vicus duobus milliaribus distans à ciui-  
tate Hildensem, puella quædam ita diuersis per quinquennium pas-  
sionibus, & molestijs corporis affecta, vt nouissimè neruis, ac mem- Membro-  
bris pene omnibus contracta, & sibi esset inutilis, & suis efficeretur  
gravis. Hæc igitur sexto Nonas Majj, vehiculo adducta Cryptam  
Basilicæ nostræ diffidillimo labore duobus innixabaculis, irrepit;  
ac se super beati viri tumbam inclinavit; ibique ab omni, quo labo-  
rabat, incommmodo, mira celeritate, conualuit. Die sequenti conue-  
nit incredibilis multitudo populi nostræ ciuitatis, peregrinorum  
quoque, & aliorum, qui de diuersis locis ad solemnitatem sanctæ  
Crucis eo die confluxerant, non modica turba; acceptoque testi-  
monio à parentibus & ciuibus puellæ, de eo quod acciderat, Deum  
publicis laudibus in sancto suo deuotissimè glorificauerunt. Puella  
verò, eodem die, ad sua incolmis reuersa est.

Vir quidam de ciuitate Lubeck Adelvardus nomine, ita paraly-  
sis morbo longo tempore dissolutus iacebat, vt nec in lecto semeti-  
psum erigere, nec ad os manum propriam potuisse adducere; hu-  
ius vxori beatus Pontifex Bernwardus in visione apparuit, eamq.,  
vt pro salute viri candelam iuxta longitudinem ac latitudinem se-  
pulchri sui factam, Deo vouere debere, edocuit. At illa de somno e-  
uigilans, & visionem retractans, illico surrexit, & assumptis duabus  
fæminis in vestibulo domus suæ solo prosternitur, postque ora-  
tionem, & votum promissum, ad maritum reuersa est, inuenitque  
eum pro recuperata iam sanitate Deo gratias agentem. Qui ab illa  
hora tam plenè conualuit, vt non longè post, ad votum persoluen-  
dum cum vxore, sancti viri sepulchrum visitaret, ac patrati in se mi-  
raculi relator certissimus existeret.

rum para-  
lysis.

Ruina.

Alio quoque tempore iam dicti Parris familias filius adhuc infantulus, cuiusdam molis desuperuenientis ruinâ oppressus, atque contritus, cum iam pene videretur exanimis, ciulabunda mater ad sancti Bernwardi patrocinium confugit; nec spe sua frustrata est. Nam continuo post preces & lacrymas eius ad Deum fusas, sub invocatione sancti Præsulis puer tanquam ab ipsis mortis faucibus erexitus, vitæ redditus est.

Miles quidam Herebordus de villa Hornsen diutina infirmitate consumptus, ad extrema peruererat. Cognatis autem & amicis illius, pro amissione charissimi sui nimium dolentibus Sacerdos eiusdem loci suggestit, ut pro eo patrocinium beati Bernwardi implorarent, votum facientes, ut si vitæ restitui, & salutem consequi potuisset, ad sepulchrum Sancti laneis induitus, & discalceatus de domo sua incipiens, venire debuisset. Omnibus ergo id fideliter vountibus, æger melius habere cœpit; & proficientibus meliorationis suæ augmentis, in breui ad plenum conualuit. Qui postmodum alterius causæ occasione Brunsvich ciuitate consistens, ex eodem loco ad persoluendum votum iter arripuit, eo quod breuioris viæ compendio vsus, in ambulando minus esset laboraturus. Perueniens itaque ad ciuitatem Hildensem mensem grauiter infirmari cœpit. Sed tamen cœptum adimplere desiderans Ecclesiam sancti Michaelis, in qua sanctus Præsul requiescit, expetiit; sed ante atrium Ecclesiae tanquam ab aliquo impulsus, corruit. His autem, qui comitabantur eum, apprehendentibus atque ducentibus, ut ad ianuam Basilicæ ventum est, horrore nimio percussus, & pauore inter manus eorum collapsus est, nec ullo modo assurgere, aut intrandi Ecclesiam vires habere, potuit, usquedum publica confessione, omnibus qui aderant, pro quo reatu hac pena multaretur, aperiret. Recepitis ergo viribus, ad sua reuertens, & inde procedens, voti sui ordinem tanto iam deuotior, quanto diuino verberare eruditior, expleuit.

Ex morte  
gesit.S. Bern.  
Guardus  
apparet  
agrotani  
Matrona  
Bremensis

Matrona quædam Bremensis, in infirmitate posita, vidit assistere sibi quandam reuerendi vultus in habitu sacerdotali interrogatum eam, utrumnam agnosceret, quem aspiciebat. Quæ respondens, ut poterat, vix enim in solo pectore vitalis spiritus anhelabat, dixit, cum sibi prorsus incognitum esse. At ille, benignissimo affectu, quod ipse esset Bernwardus Hildensemensis Episcopus, indicauit; & quia salutis causa aduenisset, asseruit, admonuit etiam, ut ad sepulchrum ipsius nummatam vini ad celebrationem missarum, recuperata sanitate, offerret; atque, hoc dicto, disparuit.

Mulier verò, quæ morti vicina putabatur, nam solo prostrata,

more

more fidelium ex hac vita migrantium iacuerat , erigens se pauperibus, omnibus, qui ad exitus eius exspectationem conuenerant, visionem enarravit; atque ab eadem hora salua facta est. Postmodum visitans sepulchrum Sancti, oblationem præscriptam fideliter obtulit , alijsq; fidelibus ad sequendam huiusmodi deuotionem, exemplo fuit. Nam multi postea tam pium factum imitantes, suffragantibus meritis beati Bernwardi , à varijs languoribus & calamitatibus sunt liberati.

Miles quidam, de Ducatu Mekelenborch febre acriter correptus, ad exhortationem aliquorum admonitus , vt sancto Bernwardo Hildensemensi Patrono, votum faceret , & sine dubio releuamen & sanitatem recipere non dubitaret , faciliter acquieuit; &, voto facto, mox, vt verba de eius ore exierunt, fanatus est; in cuius euidentis testimonium misit idem miles florenum aureum per duos Sacerdotes ad sepulchrum sancti Præsulis ; qui prædicta sic contigisse fideliter testati sunt.

Rusticus etiam quidam de Diæcesi Hildensemensi cum diu febricitaret, aquam de tumba sancti Præsulis sibi afferri petierit, quam mox, vt bibere cœpit , febris abscessit; & post illum diem non comparuit, & , vt ipse dixit, in sanitate perseuerauit.



### CANONIZATIO S. BERNWARDI.

*Febricitare-  
tus.*

*Aqua de  
tumba S.  
Bernwardi  
accipita.*



# DE TRANSLATIONE

## S. BERNVVARIDI CONFESSO-

### RIS PRÆSVLIS DI-

GNISSIMI.



Vm ad laudem & gloriam Creatoris & Reparatoris vniuersorum , & ad proximorum profectum quilibet, quod potest,in domum Domini iubeatur offerre, cauendum est,ne quis intras sanctam Ecclesiam fidelium, in conspectu Dei sui vacuuus appareat, sed vnuſquisque, secundum collatam sibi à Deo gratiam , de bonæ voluntatis theſauro, quantum valet, videliter proferat, & in nostri Saluatoris gazoſylacio ſaltem cum vidua paupercula, duo minuta voluntariè reponat. At nos exigui & imperiti ſermone, quid ad decorem domus Dei dignè poſſimus exhibere, non habētes, valde pertimescimus, ne inter ſeruos pigros & mutiles numerari debeamus, conſiderant eſtamen, quod ante Dei oculos nunquam vacua eſt manus à munere, ſi arca cordis repleta ſit bona voluntate, quia multis non poſſimus vel ſaltem paucis prodeſſe volentes ad utilitatem eorū, qui ſe ſacris lectionibus occupare conſueuerunt , & quorum meditatio in lege Domini die ac nocte, conſiftit, gloriosam ſacri corporis Deo dilecti Præſulii Bernvvardi translationem, quam noſtris diebus ſolemni fidelium deuotione celebratam gaudemus, expla- nare proponimus, de illo utique præſumentes, qui aperuit os mu- ti, & linguaſ infantium fecit diſertas.

Verūm, cum de conuerſationis eius ſanctitate, geſtorum ma- gniſcentia, & transiſtu, laudabili bonæ memorie Tangmarus Pres- byter, diſerto ſatis ſermone, pleniffimè narrauerit, nos hoc præ- termittentes, ad ea tantum ſtylum vertimus, quæ vel ipsi de mira- culis eius vidimus, aut eorum in quibus patrata ſunt, probabili re- latione cognouimus, vel quæ adhuc , publica fama celebrante, didicimus.

Anno igitur ab Incarnatione verbi Dei Millesimo Centesimo nonagesimo tertio, Cæleſtinus Papatertius, ſanctæ Romanæ præ- ſedit

sedit Ecclesiæ, vir sacrarum litterarum documentis eruditus, habens vtique, vnde proferret noua & vetera, ætate grandæus, colloquij suauitate blandus, & vt paucis dicamus, ipsum cum ætate matura morum adorriabat maturitas. Hic discretorum communicato consilio, venerabilem virum Cincium Presbyterum Cardinalem in partes Daciae destinandum duxit, vt terram speciali priuilegio Apostolorum principi subiugatam, Apostolorum Principi Vicarij vice, reuiseret, & Prouincia illius Principes, graui ab inuicem discordia diuisos, ad tranquillitatis statum, & pacis unitatem, reuocaret. Quod Apostolicæ Legationis mandatum animo prompto, Deo fauente, prudenter executus, cum esset in redeundo, ad ciuitatem Hildensem mensem, quæ se itineri eius offerebat, declinavit, & in Monasterio Beati Michaelis à Domino Theodosio, qui tunc temporis eiusdem Cœnobij curam gerebat, pariter & à fratribus, hospitio benignè collectus est. His diebus sancta Ciuitas Ierusalem, de qua per Prophetam à Domino dicitur, De Ierusalem Ciuitate quam elegi, veniet vobis auxilium, Ciuitas nostri Redemptoris praesentiâ simul, & sacræ passionis eius ac Resurrectionis dedicata triumpho, inscrutabili diuina permis-  
sionis iudicio, violenta Saracenorum manu renebatur captiua; & euidam Saladino ipsius nefaria gentis Principi, misera seruitute subiugata. Illud etiam viuiscum sanctæ Crucis lignum, in quo Saluator peperdit, & quod sui sanguinis effusione sacrauit, pèr manus sceleratorum de sanctuario sancti templi sublatum, & in terram alienigenarum asportatum est. Sepulcrum nihilominus, in quo Redemptor quieuit, & in quo mulieribus Angelicæ visionis ostensa est gloria, sic à Christianorum alienatum est potestate, vt ipsis custodibus, qui ad hoc obseruandum fuerant deputati, exclusi, nulli penitus fideliuni ad hoc visitandum accessus pateret, qui tributa reddere Saladino recusaret. Sed, quis huius calamitatis miseria per singula enumerare sufficiat? Tota terra illa, cui benedixit Dominus, & in qua filius Dei dignatus est nasci, inter homines conuersari, pati, mori, resurgere, cœlos adire, & super discipulos gratiam paracliti mittere, ac plura visibiliter operari miracula, terra, vbi Prophetarum & Apostolorum sacra viguere præconia, cœdibus, rapinis, & varijs oppressionibus, quæ à supradicto tyranno exercebantur, laborabat. Sola ciuitate Tyro superstite, quæ propter sui firmitatem, & propter adiacentis maris latitudinem spatiofam, expugnari non potuit. Veruntamen miserator, & misericors Dominus, misericordiam suam in ita sua non continens, qui nunquam obliuiscitur misereri, cum populo suo, quem diligit, corripit

Cincius  
Cardinalis  
Legatus  
eius in Da-  
nia partes  
que hic  
Dacia.

Cincij Le-  
gatus  
moratio  
Hildeshe-  
mij in Mo-  
nasterio S.  
Michaelis.  
Terra san-  
cta & Hie-  
rosolima à  
Saladino  
capta cla-  
des altius  
repetita  
ab anno  
1187.  
S. Crucis  
lignum  
ablatum.

Tyros su-  
perstes.

## 38 DE TRANSLAT.

corripit & castigat, in hac seueritate piè ac misericorditer egit.  
 multa fidelium millia, magnorum Principum & nobilium ceteruas  
Nova Chri-  
stianorum  
militia ja-  
gra innumeratas, ad agendum pænitentiam de commissis, plures co-  
 rum ad vitam præsentem termino laudabili concludendam, ter-  
 ræ illius amissionis occasione, clementer inuitans. In hoc vtique  
 facto ad illius Euangelici Samaritani exemplar, Christiano popu-  
 lo propter varias plagas criminum, in illis partibus Ierosolymita-  
 nis quasi semiuiuo relicto, conueniens, antidotum cælestis medi-  
 cus renouauit: seueritatis vinum simul & oleum pietatis apponens:  
 vt qui in arcabernaculi virgam, & manna ponipræceperat; vnde  
 plebem suo charactere insignitam in amissione terræ sanctæ, virga  
 percuteret, inde in agnitione suæ fragilitatis ac cognitione proprij  
 creatoris, eam quasi baculo sustentaret. Hæc ideo huic opusculo  
 credidimus inferenda, vt facilius clarescat, quantis malorum per-  
 turbationibus illo tempore totus vbiique pæne concussus fuerit or-  
 bis, cum neque Regio aliqua, vel prouincia, nec ciuitas quidem exi-  
 steret, quæ non bellis vel seditionibus coram positis, laboraret, vel

Christiano-  
rum in Eu-  
ropa inse-  
pissimæ bella.

Saxonia  
sumultuosa.

venturas formidaret. Nam sicut omnia corporis membra solo capi-  
 te reguntur, & infirmato capite, cetera membra ægritudinis incô-  
 moda sentire necesse est, ita postquam ciuitas Ierusalem, vbi Chri-  
 stianæ religionis exortæ sunt primitæ, prophani principis tyrañidi  
 subiacuit, per omnes fere fines, in quib. vniuersitati frequentatur cul-  
 tus, & maximè apud Saxoniam prouinciam, rapinarum, incendio-  
 rum, aliarumque enormitatum, exercebatur impietas, vt duris pas-  
 sionibus capiti suo grauato, reliqua sanctæ Ecclesiæ membranom,  
 imminerto condolere viderentur. Tunc igitur data est libertas, &  
 resoluta legum frenis ira ruit, vt si vir ille facundissimus ab inferis  
 emergeret, aptius hoc æuo quam suis diebus exclamaret. O mores  
 ò tempora. Hac igitur inexplicabilis aduersitatis instâlia totus fe-  
 re Hildensemensis Episcopatus destitutus iacebat. Verum supra  
 memoratus Romanæ sedis Legatus, tam diræ cladis violentia coa-  
 etus, in præfato monasterio per dies aliquot commoratus est. Nam  
 quidã seniori vñ consilio illū affectuosè premoniebant, ne sine potē-  
 tis personæ conductu pcederet, ne forte per quosdam malitiæ mini-  
 stros, insidiarum iacula & laqueos absconditos, qui sibi tenderetur,  
 incurreret. Eoruigitur monitionib. & consilijs acquiesces, Legatos  
 ad Imperatorem p litteris cõductitijs ab eo impetrâdis direxit, quia  
 Hildensemensis Episcopus in multis Imperialib. obsequijs detetus  
 erat, & ideo ei in talib. auxilio esse nō poterat. Quib. ad Imperatoriā

Cinçy Car-  
dinallis La-  
gati vita.

maiestatē pfectis, vir honoradus in loco iā ſepe nominato pſistens,  
 ampli⁹ q̄ triū hebdomadarum ſpatiū cōpleuit, nullis alijs niſi ſacræ  
 ſed lectione

lectionis studijs inuigilans, vt iam illius Orthodoxi nostri magnæ videlicet sanctitatis viri Hieronymi spiritalis exercitij videretur imitator, aut legēdo semper aliquid aut scribendo. Ad hunc, quotiescunq; qui publicis scelerib<sup>9</sup> implicati essent, veniebat rogantes, quatenus de iniūcta eis penitētia ex cōcessa sibi auctoritate aliquid relaxaret, in his discretē & prudenter se agebat, & primo causam modumq; delicti diligētius perquirēs, iuxta culparum quantitatēm cōdonationis gratiā temperabat. Sæpius etiam ad conuentū fratribus accedēs eos, vt erat vir mitissimus, humiliter salutabat, cū quibus Monasteriū ingressus huc illucq; deambulādo situm eius & honestam per omnia dispositionē mirabatur. Accidit ergo, vt una dicrum oratoriū solito ingressus, à fratribus qui præsentes erant, requireret, qui tam magnifici operis fundator exstisset. Cui à fratribus responsum est, quod, à quodā Episcopo magnitudine virtutum egregio, qui ante tēpora sanctæ recordationis Godehardi Episcopi Hildensem Ecclesiæ regimen tenebat, idem locus construct<sup>9</sup>, consecratus, & de possessionibus, quæ sibi hæreditario iure cesserāt, dotatus esset. Præterea, quod in crypta eiusdē Cenobij sacrae corporis eius essent reliquiae recōditæ, adjicientes, q; quædam quæ de p̄bata ipsius cōuersatione cōscripta essent, apud eos habentur volumina. Qui, dum sup tanti viri nomine studiosius requireret, audiuit quod Bernwardus ei nomē fuerit, & q; de claro Saxonū sanguine extiterit oriundus. His auditis, Deum qui Sanctos suos glorificat, benedicens, quædā de potiorib<sup>9</sup> eius miraculis in præstitia sui recitari præcepit, diligētius inquirens, si in eadem cōgregatiōne fratres existerēt, qui aliqua de miraculis ei<sup>9</sup> celebrata vidissēt. Cui, plures è fratrib<sup>9</sup> multa se de his frequēter vidisse, responderūt. Ad hos Apostolicæ Sedis Legatus, si hæc, ait, quæ dixisti, virtutum insignia in præsentia Summi Pōtificis audirentur, non dubiū, quin rationabilē & honestā petitionem optatus prosequeretur effectus, si ab eo beati viri translationem peteretis. Aliquantis dehinc euolutis diebus, cum fratribus capitulum \* ingressus, post dulcia exhortationis eius verba, vniuersi genib<sup>9</sup> ipsius aduoluti supplicabāt attentius, vt quia sua inducti persuasionē, pro translatione beati Confessoris promouēda, Legatos ad Romanā destinare proponearent Ecclesiā, eis apud Summū Pontificem pius cooperator existēret. Illorum precibus admissis, cōsuluit, vt hi, qui certius aliquid de miraculis sancti viri vidissent, aut vera comperissent, relatione in præsentia sui & Domini Beronis, qui eo tempore Pontificat<sup>9</sup> culmen gerebat, iuramento confirmarent: Impossibile dicēs, vt Ecclesia Romana facilem in huiusmodi negotijs astensū præbeat, nisi & publica fides requiriatur.

Criminosi  
Spanicē-  
tes ad eum  
remedij &  
consiliis  
causis  
confugiunt.

In S. Berno-  
wardo  
memoriam  
inquirit.

Miracula  
eius discri-  
bit.

\*Capitolii  
Suader  
Romæ pe-  
tendam  
translatiō-  
nem, seu  
approba-  
tionem

sancitatis.

Beronis  
Episcopū  
actiōtatio-

de veritate rei plenius antea fuerit instruēta. Hic, dum in audiētia omnium proposuiflet, paratos eos & vnamimes inueniens, cum ipsis pariter ad Episcopum accessit, ubi in facie ipsorū & totius Ecclesiarū fratres, quæcunq; de virtutibus & signis Beati viri viderant, aut pet idoneos testes didicerant, Sacramento præstito, in sacro sanctis Euangelijs, vera esse cōtestati sunt. Quam attestati p̄fatus Cardinalis inscriptū redigi, & tam suo, quam Episcopali sigillo, diligentius cōsignari, mandauit. His ita de consilio rationabili-  
 ter ordinatis, Dñs Cardinalis valedicens fratrib⁹, & de impēso fibi  
 ab eis puræ dilectionis obsequio quam plurimum regratiatus, pro-  
 fectus est; Dño Episcopo debita ipsum conducente reuerentia, &  
 in castro suo Wincenburgh illum hospitio, excipiente. Cum quo-  
 pater Monasterij usque ad idem castrum processit; & die sequenti,  
 cum ab eo, benedictione petita, ad Monasterium redire pararer, si-  
 deliter consuluit, vt rebus & impensis p̄paratis, si forte pro sāpē  
 dicto negotio Romanam visitare veller Ecclesiam, cum quam cici-  
 tius posset subsequi, non differret. Qui ad cōuentum rediens, omni-  
 nem cōsilij formam, quam ex ore viri venerabilis audierat, in com-  
 munī proposuit. Deliberatione dehinc habita quis ad hoc negoti-  
 um exsequendum mitteretur, vniuersis visum est, vt is qui Pater  
 congregationis, Legatione fungeretur, congruum esse dicentes, vt  
 super tam celebris negotij promotione, persona celebris, & ido-  
 nea, mitteretur. Qui primò, infirmitatis suę considerationem & iti-  
 neris difficultatem opponēs, ac imparem se huic labori per omnia  
 iudicans, quod petebatur humiliiter, recusauit. Tādem ad ipsorum  
 colhortationem, & precum instantiam, quod virium luarum robur  
 sciebat excedere, concordi & pia petitione deuictus, non dubitauit  
 assumere. Ne quis autem ea, quæ de sacri corporis eleuatione tunc  
 temporis tractata sunt, casu & non potius Dei præordinatione acta  
 fuisse affirmare præsumat, non illa casu, sed ex diuinæ dispositio-  
 nis nutu, & de beati viri voluntate processisse, declarat reue-  
 latio cuidam religiosæ conuersationis ostensa matronæ, quæ me-  
 rito vitæ bonæ apud omnes opinionis, bonoque virtutum flagra-  
 bat odore.

Hæc sancti Spiritus edocta vniōne, quamuis habitu sacerulari  
 tegeretur, sacerularē tamen animum nullatenus gerebat, sed po-  
 trius ieiunijs, vigilijs, eleemosynis alijsque Deo acceptis vacabat o-  
 peribus, Hæc beati viri memoriam continua orationibus frequen-  
 tabat. Accidit ergo, vt nocte sanctissimæ Resurrectionis Domini-  
 cæ, dum solito p̄cibus intenta noctem pernigilem duceret, tan-  
 dem defatigata, sic, vt erat in facie prostrata, iuxta Pontificale  
 sepul-

*Cincius  
Wincebur-  
gi à Berno-  
ne Episcopo  
excipitur.*

*Theodóris  
eua abbas  
S. Michae-  
lis designa-  
tur a suis  
Legatus ad  
S. A impe-  
rande le-  
gationis S.  
Bernvvar-  
di  
Canoniza-  
tionis con-  
siliuum non  
temere, sed  
Deo sauen-  
sejnsceptu.*

*Visum ra-  
rum pia-  
matrona  
objecitum  
de leuatio-  
ne S. Bern-  
wardi è se  
pulcro suo  
producuntur.*

sepulchrum leniter obdormiret: vidit ergò, quasi aperto sanctuario tecto, & lapidum oppositione deposita, super sepulchri locum, olei liquorem cælitus descendere largissimum, adeo exuberantem, ut magnum Cryptæ spatium suo stillicidio videretur infundere. quæ de rei nouitate mirata, subito quod esset mirabilius asperxit, personam videlicet reuerendi vultus, pontificalibus præparamentis adornatam, de eadem tumba procedere, & talibus eam verbis affari. *Tempus adest mea de terra quo membra leuentur.* His dictis, ex parte facta, quæ viderat & audierat, non passim omnibus, sed paucis Deumque timentibus ipsius cænobij fratribus, retulit. Quam visionem omni veritate subnixam subsequens visio cōprobauit. Anno eodem, quo sèpius dicta sancti Præsulis translatio celebrata est, quidam de ipsius monasterio seu collegio vir vita laudabilis, vidit p̄visum quasi Cryptam eiusdem cænobij adoraturus intraret, cui apparuit qualiter de loco, in quo sacri corporis reliquiae seruabantur, fons scaturiret purissimus, qui iam adeo excreuerat, ut ad ostium Cryptæ suo cursu processisset. Miratus ergò, & de ipso manib. hauriens, & ore degustās, mellis dulcedinem sensit. Qui currens, vt Abbati & fratribus visa nuntiaret, ipsum monasterij patrem in conuentu fratrum stantem reperit. Cui, dum de noui fontis eruptione narraret, nondum finito sermone, fons ipse ut sibi videbatur, effluxionis suæ largitate, ante faciem ipsorum apparuit; quem videns is, qui Abbatii referre venerat; Ecce, ait, Domine, fons ille de quo dixi vobis. Qui vtrique lacrymanti præ gaudio, flexis genibus, Deum à quo, quicquid sanctis virtutis datur, venit, & quasi à lucidissimo fonte procedit, benedixerunt. Dehinc post longas gratiarum actiones, tales Abbas prorupit in vocem. Merito, frater, Deum de vniuersis donis eius benedicimus, quia indubitanter scio, quod de gratia largitatis eius, qui diues est in omnes, meritis dilecti Patroni nostri suffragantibus, nil nobis de reliquo, si Deum timuerimus, deesse poterit. Euigilans, quæ viderat, ut pote vir humanæ laudis fauorem omnino declinans, paucis è fratribus retulit, rogans, quatenus audita silentio tegerent, donec certius cognoscerent, quid de suæ visionis mysterio diuinæ ordinationi fieri placebet. Nos verò, qui hominem nouimus, & hæc de seipso referēte audiimus, fidenter quæcumq; vident, litteris mādamus, & cū ipso quasi cum viro, in quo dolus non erat, rei veritatem contestamur. Hæ geminæ visiones, sicut pene uno & eodem ordine prodierunt, ita sub uno interpretationis tenore intelligi possunt, quia unus & indissimilis ex his processit effectus. Nam siue olei largitas, vel fontis libertas largitatem signabat miraculorum,

*Apparitio  
fontis ab  
alio con-  
spectu per  
visum.*

*Visionum  
interpre-  
ratio.*

Saluatoris gratia, & eius electi merito sic exuberasse videmus; vt non iam tantum in sola Saxonia prouincia; verum etiam in multis mundi partibus celebris eius frequentetur memoria, de quibus, quia nos ad cæptum orationis ordinem properamus, in sequenti bus plenius dicemus. Cum ergo, vt superius retulimus, de sacri corporis eleuatione crebrò fratres conferrent, paucis diebus post discessum Cardinalis euolutis, meritis beati Præsulis accidit res mira, pro sui magnitudinis dignitate silentio nullatenus occultanda. Iuuenis quidam non ignobiliter natus in Episcopatu Hildensem, si erat notissimus. Hic in ea, quam præmissimus bellorum instantia, captus ab hostibus, in ciuitatem Brunsvich adductus est. Qui, dum ab eo quam non habebat extorquere vellent pecuniam, pedes eius compedibus onerantes, manus vinculis vinxere ferreis, non quidē eas constringentes, sed longius à se quasi in eccliei suspensione ab inuicem extendentes, & clavis quibusdam solidis parieti domus tenacius affigentes. quem sic absque cibi exhibitione per triduum stare coegerunt, diligenter, ne fuga elaberetur, adhibentes custodes. Anxius ergo quid faceret, cum humano destitutus nullum nisi diuinum præstolaretur subsidium, Deus, cuius misericordia non est numerus, qui erigit elisos, & soluit cōpeditos, notis & amicis suis hoc inspirauit, quatenus cum eo, qui tenebatur in vinculis, volearent, ut si à præsentis instantia periculi mereretur absolui, beati Confessoris memoriam in habitu pænitentiali visitaret; & tantum in opia solutus & pauperum largiretur, quantum appensum in statera proprij corporis pondus pensaret eleemosynæ. Votō factō, & sancti patris auxilio implorato, multa celeritate ruptis vinculis, & solutis compedibus, mirum in modum custodibus vt olim Helisæi hostibus cœcitate percussis, beati viri Patrocinio & fugæ confidens præsidio, die medio abscessit in columis. Gratia dehinc circa se in tantæ necessitatis articulo exhibitæ non immemor, vota fideliter exsoluit; & taliter, vt diximus, rem circa se fuisse gestam, coram fratribus, alijsq; qui aderant fidelibus, in sacris reliquijs iureiurando contestatus est. qui Clero & populo præsentatus, uno & eodem narrationis ordine, diuinæ virtutis opus diligentius & sèpius de mera veritate requisitus, palam omnibus enarravit. Omnes igitur in communi Saluatoris gratiam, quitali ciuitatem ipsorum dignatus est illustrare patrono collaudantes, hanc optabilem sancti viri translationem ulterius non debere differri, clamabant, præsertim cum illud Deo, qui in Sanctis suis honoratur, & eius electo gratissimum esse, tam euidentis ostensio miraculi declararet. Dehuius miraculi patratione fratres vehementer in Domino gauisi, decreuerunt, quatenus hoc celebre factum.

Iuuenis nobilis Brunsvici captus & a strictus in wardope solutus & liberatur.

Eo miraculo acceditur studiū venationis in S. Bernwardum.

etum litteris mandatum, & suo signatum sigillo Apostolicæ sedis Legato præsentaretur, ut tanto feruentius ipsorum negotijs insisteret, quanto illud Sancto Dei gratissimum fore, nouitate miraculi, non dubitaret,

His gestis Dominus Abbas rebus, & impensis, quæ ad præfatam Legationem erant necessariæ, præparatis, fratrum se orationi attenuans commendans, peregrinatione assumpta, præcedentem subsecutus est Cardinalem; eumque iam in confinijs Alpium apud monasterium Schaphus quod latine Luxouium dicitur, reperit; ubi sequitur.

Theoderic  
eius abbas  
Cincium  
Legatum  
apud Lux  
orium con-  
sequitur.

Septimio  
monte ab  
Andrea  
Marmorac-  
ensi Cin-  
cius Lega-  
tus Car-  
din. capi-  
tur & spe-  
liatur.

Curiensis  
Episcopi  
Ministe-  
riales Pra-  
donem non  
flebant.

Etum litteris mandatum, & suo signatum sigillo Apostolicæ sedis Legato præsentaretur, ut tanto feruentius ipsorum negotijs insisteret, quanto illud Sancto Dei gratissimum fore, nouitate miraculi, non dubitaret,

His gestis Dominus Abbas rebus, & impensis, quæ ad præfatam Legationem erant necessariæ, præparatis, fratrum se orationi attenuans commendans, peregrinatione assumpta, præcedentem subsecutus est Cardinalem; eumque iam in confinijs Alpium apud monasterium Schaphus quod latine Luxouium dicitur, reperit; ubi sequitur.

Septimio  
monte ab  
Andrea  
Marmorac-  
ensi Cin-  
cius Lega-  
tus Car-  
din. capi-  
tur & spe-  
liatur.

Curiensis  
Episcopi  
Ministe-  
riales Pra-  
donem non  
flebant.

dehinc sub grauis iuramenti interpositione comminatus est, nisi scripta, quæ apud se habebant ipsius præsentia incunctanter exhiberent, eos mutilare non formidaret. Litteris ergo in communis, p- latis, furorem furore cumulauit; & quod dictu nefas est, Vicarium eius, cui ligandi soluendique potestas concessa est, captiua non timuit: quo in castrum Marmoracense contumeliosè abducto, rebusque suis aduersaria manu distractis, qui in comitatu eius erant, eo relieto, montem Septimum pedites transierunt. At memoratus Abbas montem in quo castrum idem situm est, difficulter ascen dens, dictumque malefactorem de sua legationis causa humiliter expediens, vix obtinuit, ut rerum suarum partem reciperet; data sponsione, ne ad partes adiret Italiam, verum ad natale solum, sine retrahitione rediret. In tantorum igitur malorum positum dis crimine, dum penitus quid facto opus esset, ignoraret, tandem his, qui cum eo erant visum est, ut ad Curiensem Episcopum, in cuius Diœcesi iam dictæ crudelitatis minister degebat, accederent, si forte ipsius autoritate ad satisfactionem, & rerum suarum restitu tionem, inclinari potuisset. Qui non longe à castro digressi quo se dam præcipuos eiusdem Ecclesiæ fratres, & Ministeriales obuios ha buerunt, qui eos fama vulgâte, sinistro casu turbatos, audierat; & ut ea quæ relatu didicerat, oculata fide cognosceret, ad locum patrati

sceleris properabant. Hi compassione moti super eos, advitum ex crabilem cum ipsis accedentes, Romanæ sedis Legatum iam custodia cœtum repererunt; quem scelerat raptores instanter vrgebāt, vt celerius abscederet, paucis equis & rebus in parua quantitate sibi restitutis. Zelo igitur Dei vehementer accensi, firmum se pro domo Israël contra aduersarios murum opposuerunt, grauiterque nefarijs inuasoribus comminati sunt; quia nisi viros quos in animæ suæ periculum turbauerant, satisfactione competenti placarēt, excommunicationis in eos non differrent promulgare sentētiā. Verum, cum obstinatam eius, vt bestialem per omnia, mētem, nec lenitas monitionis, nec correptionis asperitas, permoticeret, prōprens quidā, Rotholfus nomine ex eadē prouincia audiens, quæ gesta sunt, cōmotus valde, prēfato prædoni mandauit; quia, nisi rebus eorum restitutis, eos in pace, quo vellent pateretur abire, ipse tā enorme scelus non pateretur inultum; adjiciens, si iussis eius nō pareret, diu cū ipso habitū fædus rescinderet, & castrū, de cuius munitione cōfidebat, funditus euersū solo adæquaret. Qui, cōtrario sibi accepto nuntio, importabile præsentiens, si gratiā sui demereretur Domini, prudenter apud se deliberās, quæ violēter abstulerat, magna ex parte restituēs, eos vltierius detinēdo, molestare nō præsumpsit. Rebus suis ergò receptis, post dies paucos Mediolanū venientes, apud Ecclesiā beati Ambrosij hospitiū habuerūt. Vbi certius eis innotuit, q̄ grauis inter Romanæ sedis Pontificē, & Imperatorē verteretur discordia, per totā etiam Italiā Imperatoris edictū pendere, vt quicūq; reperti fuissent q̄ cuiuslibet causæ obtentu, Romanā adire psumerent, Ecclesiā, cōtumelijs affecti, rebusq; nudati, aut vinculis arctari debere, aut ad propria redire, cōpelli. Quæ persecutionis pcella, in tā tū effebuit, vt Hostiensis Episcopus à Francia rediens, apud Senam oppidū, à satellitib; Imperatoris, omnib; suis antea distractis, in custodia teneretur. Hoc nuntio satis exterriti, ratū duxerunt, vt ab invicē diuisi, alius per Papiā; & alter per Placentiā transitum haberēt, cautius esse iudicātes hac separatione, si fieri posset, manum declinare aduersariam quam pariter iuncti hostiles denuo experirentur insultus. Qui cum lacrymarū & singultuum amaritudine segregati, post dies paucos, cū senior memoratus Luccam venisset, & nulla ei vltierius procedēdi daretur facultas à publico peregrinorum declinans itinere, Pisam ciuitatē opulentissimam adiit; vbi cū nobiliорibus ciuitatis de conducedu locutus, ab eo alijsq; diuersarū prouinciarū Clericis accepta pecunia, fideliter polliciti sunt, securū & nullius auctoritate infringendū, se, ipsis præbituros conductū. Hos per loca maritima pariter dierū quatuor subsecuti sunt. Verum, cū nec eis p

Rotholfus  
vir prōpo-  
tens in Al-  
pibus libe-  
rat Lega-  
tum.

Cimicius  
cum Abba-  
te Theodor.  
Mediola-  
num venit.

Califini  
cum Hen-  
rico v dis-  
cordia.

Ostiensis  
Episcopus  
apud Senas  
in custodiā  
abducitur

Pisam ma-  
gno itine-  
rum erro-  
re adit  
Theodori-  
cus abbas

loca illa nulla penitus esset eundi securitas, eo quod dolo & proditione vnius eorum ductoris, à Domino prouinciae ipsis infidiae tenerentur, habito consilio, consultius visum est, propriæ habitacionis larem reuise, quam feritate gentis illius, & rerum suarum ammissione, periclitari. Quid autem contrarietas, & molestia in redeundo pertulerint, quam difficulter multitudinem militum, quam à tergo imminentem viderunt, euaserint, lectoris parcentes fastidio, sub silentio transeundum, putauimus.

Post diuersos tandem sinistrorum euentuum casus, post solutam cuiusdam castri, in quo se ut hostiles deuitarent impetus, receperant, obsidionem, Pisam reuersi, plures eorum cauiss, pro quibus iam plurimum laboris & rerum expenderant, renuntiantes, infestis negotijs ad propria repedabant.

Verum iam sæpe dictus Senior, iuxta illud viri sapientis eloquiu*Psalm. 54.*  
*Iacta cogitatum tuū in domino, & ipse te enutriet, spem omnem & fiduciam in Deo figens, & sacri Præsulis, ob cuius honorem in terris ampliandum, Exul in ignotis errabat partibus orbis, sese credens, ptectioni, dum, q̄ sibi faciēdum restaret, anxio corde reuolueret, nutu Dei, negotiatores quosdam eiusdem ciuitatis mercimonij sui gratia in proximo versus Neapolim ciuitatem Apuliæ nauigaturos, audiuit. Ad hos accedēs, & causam suæ peregrinationis aperiens, tutissimū fibe xistere affirmabant, vt labore nauigationis assumpto, eorū Societati se iungeret, eo quod per vicina Romanæ ciuitatis, pæne ad ipsas Tyberis fauces applicare deberent. Qui gauisus, Deoque, qui non derelinquit sperantes in se, grates exsoluens, vberimas, eorum acquiescēs cōsilio, primo quidem periculis latronum, periculis fluminū, periculis in falsis ductoribus, postremo periculis in mari pene usq; ad defectum corporis attritus, Deo tandem Duce, urbem Romanā ingressus est. Sed, quia sedis Apostolicæ Legatus, de quo supra retulimus, necdū adhuc redierat, ipse litteris eius, quas ad Cardinales, qui ei specialis amicitia & vinculo annexi erant, exhibitis, vbi ex earū serie intellexerūt quantū ei præfatus Abbas dilectionis, ac reuerentiæ impenderat, quam plurimū regratiati, polliciti sunt se causam, p̄ qua Romanā visitasset Ecclesiā, omni qua possēt in instantia p̄moturos. Dehinc post paucorū dierū cursū, idē Legatus, Dei cooperante gratia, totius pæne Romanæ ciuitatis exceptus occursu, cū in audience sumi Pontificis diligentius exposuisset, quanto dilectionis feroce in monasterio ipsius Abbatis, à fratrib. tētus fuisset, maximū ex hoc fauore adeptus, nō modicū, vt post patuit, honoris à Dño Papa cōsecutus est. Statuta postmodū die, sumus Pōtifex de aduentus eius causa inter Cardinales librū pponens, qui de vita, &*

*Romanam ait:  
sanguis.**Cincius Le-  
gatus item  
in urbem  
aduenit.**Calestinus**Papa vi  
tam & mi-  
racula s.**Bernwardus  
di examb-**mi. a-**N.*

miraculis beati virti conscriptus est, in audiētia ipsorum recitari, præcepit. Qui, vbi sanctam eius conuersationem, & virtutum insignia, compererunt, Deum, qui in sanctis suis mirabilis, & gloriosus est, benedicentes, facilem in tam rationabili, Deoque accepta petitione, præbuere assensum.

Galeſini  
de S. Bern-  
vvardi  
cultu de-  
cretum.

Ad hæc, Dominus Apostolicus, præfatum Seniorem taliter alloquitur. Cum te, frater honorande, tibique subiectos in religio- nis feroore, & monastici ordinis obseruantia laudabiliter, audiamus, proficere; &, cum venerabilem virum Bernvvardum quondam Hildensemensem Episcopum Cænobij vestri fundatorem, glori- osam & memoratu dignissimam in terris vitam duxisse, & multis coruscasse miraculis, textu vitæ eius inspeeto, indubitanter scia- mus, auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, dilecti quoque filij nostri Cincij Cardinalis interuentu mediante, qui Legationis suæ tempore multa, vt afferit, à vobis benignitatis expertus est argumenta, iam dictum Reuerendissimum virum in Catalogo Sanctorum a modo numerandum, decreuimus; & sacra- tissimum corpus eius de terræ gremio erigendum, & inter Sancto- rum memorias, veneratione condigna, collocandum. Ad hæc, Senior lacrymatus præ gaudio, pedibus eius gratias acturus, pro- sternitur; sed assistentium manibus erectus, in oratorium beatæ Mariæ semper Virginis, dicitur; ibique, Deo laudibus exhibitis, tam à Summo Pontifice, quam à Cardinalibus, & maxima Cleri, populi frequentia, beatus Confessor in Sabbato ante Natale Domini solemniter canonizatur.

Canoniza-  
tio S Bern-  
vvardi.

Theodorici  
Abbatis  
latu re-  
ditus.

Translatio  
& levatio  
ob bellicos  
motus in  
annum se-  
quorem  
dilata.

Mortuus  
interea pu-  
er S Bern-  
vvardi suf-  
fragiorum  
sanctificio.

Litteris dehinc testimonialibus, de his impetratis, alijsque suis negotijs expeditis, licentia, & benedictione à Summo Pontifice accepta, memoratus Abbas, ad propriæ habitationis locum redire maturabat. Cuius aduentu, ciuitas tota spiritali exhilarata gaudio, iucundissimi negotij executorem, iucundo satis exceptit occursu, personæ dilectæ sospitati & profvero ad vota successui multo congratulata fauore. Verum, cum ea, de qua supra retulimus, totius Prouinciae neccum sospita esset turbatio, propter multam rerum penuriam, & angustiam temporis, usque in annum se- quentem placuit suspendi negotium. Sub hac dilatione, meritis Beati Præsulis, ab antiquorum miraculis patrum, non differens, accidit miraculum, eximiæ sanctitatis eius & pietatis immensa manfestum satis præbens argumentum.

In ipsa ciuitate Hildensemensi, puer non ignotis ortus paren- tibus, subita ægritudine præuentus, immatura morte decessit; vt est moris in talibus, funeri exequiæ parabantur. Parentes cha- rissima

tissima orbi sobole, post gemitus, & lacrymas interni doloris indices, vicinorum, qui aderant, instinetu, voverunt, ut si suffragio in proximo transferendi Antistitis defunctus vitam reciperet, ipsi cum oblationib<sup>e</sup> eius honorabile sepulchrū, vna cum suscitato gratias acturi, visitarent. Quid plura? parentes paruere consilio, vitæ redditur exanimis, vota soluuntur; & beatus Confessor debit is ab utroque sexu laudibus extollitur. Qui de facto hæsitauerit, multitudinis, quæ aderat, accipiat testimonium. Neque hoc reticebimus, quod anno eodem, sic maturè frugum aliorumque seminū accessit maturitas, ut solita metēdi tempora longè præuenisse videretur, in tantum, ut ceterarij senes nunquā segetes adeo tempestiuē suo collectas æuo, fateretur, hoc nimirum Deo, cuius omnia nutu regūtur, pcurāte, ut ad iminentē B. Præfulis festiuitatē, actib<sup>e</sup> exoneratus necessarijs lōgijs latiusq; liberior popul<sup>o</sup>, occurreret & expeditius feriaret. Frequētes etiam, anno toto, à fratribus alijsq; fidelibus, orationes ad Deū porrectæ sunt, vt ea, quæ pro electi sui glorificatione facienda erant, ad honorē & laudē sui nominis, benigno prosequeretur effectu. Iamq; sacratissimæ Virginis aderat Assumptio, cum non solū ppter specialem Hildensem festiuitatē, verū etiā pro sanctorum reliquiarum subleuatione, quæ proxima die celebrāda erat, cum diuersarū Ecclesiarum prælatis, inestimabilis multitudo non tantum de propinquis, & cognitis, sed etiā de remotis terrarum prouincijs certatim confluxerat. Qua die, in Dei laudibus ob venerationem piæ matris eius ritè peracta Dominus Berno Episcopus, cuius auctoritate & ministerio res erat promouenda, sub ipsius noctis crepusculo, secretius ad monasterium, vbi sacra pignora seruabantur, venit; quonam ordine in re diuina procedendū esset, cum fratribus alijsq; graibus psonis, deliberatur. Verum, cum pro nimietate popularis frequentiæ, qui præoptatam sacræ translationis horam, diligentius obseruabant, nulli penitus ad ipsum sepulchrilocū adit<sup>o</sup> pateret, placuit, ut remotis omnib<sup>o</sup>, ipse Pater Monasterij cum aliquantis fratribus, alijsq; viris religiosis assumptis, lapidem, qui eidem tumbæ superpositus erat, facerent remoueri, ne post modum in sacri corporis eleuatione, maximus ille cōcursus, mora detineretur inœta. Quo facto, ianuis Ecclesiæ firmissimè seratis, & lapide sublato, sarcophagū tatis admodū idoneè sculptum viderunt; quo, præmissis orationib<sup>e</sup>, patet factio, spiritualē & antea incognitū exhalans odorē cœlestis ille thesaurus, Regalibus vtique diuitijs incomparabiliter præferēdus, apparuit. Nec defuit ille, qui in suo nomine cōgregatis nunquam deesse consuevit Iesus noster, Iesus bonus, cuius gratia visitante cæxitatis humanæ caligo

*Mefis &  
frugum &  
bercasu-  
solita fusa-  
ris sancti  
honoribus  
fanet.*

*Orationum  
afsiduitas  
ante sacri  
corporis le-  
uationem.*

*Assump-  
tione B. Vir-  
ginis dies  
dies Hil-  
densensem  
Ecclesia  
festiūor.*

*Postridie  
Eleuatio  
sancti Bern-  
wards.*

*Multitude-  
nis concur-  
sus.  
Berno Epi-  
scopus mo-  
deratur  
ceremoniæ  
Sepulchrū  
Sancti pri-  
uatim ape-  
ritur.*

*Odor inufi-  
tatus inde  
manans.  
Animorū  
intiores  
commoti-  
nes à Iesu  
deter-  
bono.*

detergitur; cuius illustratione, cordis impænitentis, quo in spiritū eius peccatur, duritia mollitur. Videres enim nonnullos corū, qui aderant, dum suas examinant conscientias, in lacrymas resolutos; dumque se cognoscunt, à meritorum eius longè distare præconijs, artus cœlestiū præceptorū olim iugo exercitatos, vix audere cōtingere. Sciebant enim virum nobilitatē earnis, quæ superbiæ fomentum est, intuitu conditoris, & propriæ conditionis humilitate, calcasse. Accedebat memoria, hominē castitate Angelicum; nam castitas cum humilitate Angelicæ puritatis est particeps, adeo pudicitiam carnis intra cordis hospitia inuiolatā conseruasse, vt ab annis tenerioribus vsq; ad vitæ transeuntis occasum, casus niuei pudoris inexpertus, merito cum eis, qui cum mulieribus non sunt coquiniati sequatur agnum sine macula, quocunq; ierit. Legerat nihilominus, Pastorem pījsum, pauperem quidem spiritu, æternitatis amore manus ad pauperes extēdissē largissimas. Adiuterunt geminæ charitatis in qua lex pendet & prophetæ, sic in eius pectore conualuisse vigorē, vt non fratum affectū tenerrimū, nec propinquorū lineam charissimā, non affinium aut amicorū nobilitatem, sed cōclit.

Dñm, sui hæredem statuerit. Et nunci ure cum illis, quorū Dominus pars hæreditatis corū, & quorū funes ceciderunt in præclaris, centuplum accipiens, immortalitatis dote vestiatur. Sed quid multis moramur? Quod Deus faciendum præordinauerat, hominis erat deuotio adimplendum. Excipiuntur tandem de tumulo membra loco celebriori collocāda, & ad instar Dominicī corporis, famuli sui corpus syndone munda inuolutum, mane sequenti, Ecclesia, Prælatorumque præsente frequentia, reuerenter de terræ puluere subleuantur; & ea hora, qua spiritus veritatis in linguis igneis discipulos visitasse affirmatur, per medium deportatur Ecclesiæ; & tam Cleri quā populi vniuersitas in eius laudem acceditur: Casula etiam serica beati Præsulis, in qua tot annis scilicet centum septuaginta duobus sepultus fuerat, adhuc recens & incorrupta apparuit, cuius etiam taetū, multi infirmi curati sunt;

Miraculū  
in Damo-  
mata.

Affuit statim quodam, vt præmisimus, per olei stillicidium præsignata circa languentes larga sanitatum operatio. Nam Dæmonē dirissimo mulier quædam vexata, dum ad tumulum Deo digni Antistitis à viris octo, spiritū renitente maligno, vix deprimitur, illius mediante suffragio, multis præsentibus, & rei euentum præstolantibus, hoste fugato fœmina mundatur, vt liquido pateret, quod is, qui spiritu semper mundo, quo Deus videtur pollebat, spiritibus potenter imperaret immundis.

Escripta.  
1555. 5. 6. 1.

Corpore dehinc saero, cum laudibus & canticis spiritualibus ad-

principalem Ecclesiam deportato; ibique missarum solemnij, pro tempore ad Cae-  
thedralem  
præsentia tanti Patris festiuè celebratis, incredibili sexus vtriusq;  
stipatum caterua, denuo ad Monasterium refertur. Interea mune-  
rum diuinorum erga ægrotos multiplicantur beneficia.

Nempe anus quædam, multo tempore visu priuata, ob spem re-  
cuperandi luminis, beati viri præconium interpellabat attentius, Ecclesiam,  
statimque sanie ab oculorum loco largius prorumpente, multis in-  
tuentibus, & testimonium de diuturna cæcitate perhibentibus, vi-  
sum recepit.

Miles quidam Vdallicus de villa Blithenem principalis Eccle-  
siæ Ministerialis, cum in oculo altero exigne sacro tumescente,  
nihil eo videns grauissime torqueretur, ipso die translationis, a  
quam beati Pontificis brachiobenedictam, & intinctam sibi affer-  
ri deuotius petiuit; eaque oculi tumorem liniens, mira celeritate  
vitu recepto, & tumore laxato, sedauit dolorem; Postmodum de  
rei veritate requisitus, eo quo diximus ordine, remedium conse-  
cutum, lacrymis vbertim præ gaudio fluentibus, protestatus est.

Item aliis maioris Ecclesiæ Ministerialis Gerungus nomine, ad  
idem solemnæ festiuitatis gaudium scilicet translationis, cum  
vxore & liberis aduenenerat. Qui, cum post diuinæ seruitutis offi-  
cia, redire domum pararet, in sylua quadam hostium, quos plures  
habebat, incautius feritatē incidit, à quibus captus, & in interiora  
syluæ deductus, ferro ponderoso satis ad arborem eximiæ magni-  
tudinis, constrictus est. Cum ergò de viro arctissimè vincito, ne se  
vlatenus effugere posset securiores existerent, & ipsi per nemus  
liberi passim vagarentur, captiuus ille cum beati Patris, cui te at-  
tentius ea die commendauit, patrocinium obnixius imploraret,  
subito ferro quo vincitus fuerat diuinitus confracto, & vinculis,  
quibus manus eius à tergo ligatae fuerant, disruptis, incolumis abs-  
cedens vxorem suam, quæ pro sui absentia nimia erat amaritudi-  
ne confecta, ad propria rediens, sua creptione consolatus est.

Eadem die, ad horam vespertinam, puer septennis à nativitate  
cæcus, ad tumulum sæpe memorati Præsulis lumen recepit. Sed Puer cæcus  
sanatur.  
cum fratribus & pluribus, qui aderant, Ecclesiarum Prælatis, de  
facto non constaret, parentibus pueri, & eis, qui rem noue-  
rant ad medium deductis, corum testimonio plenius certificati  
sunt.

Sacerdos quidam Gerlacus nomine, Canonicus sancti Mauritiij, Sacerdos  
ingredulæ  
funesto  
morbo erit  
putur.  
cum nimium esset incredulus eorum, quæ de sanctitate & virtuti  
bus sancti Bernwardi resonabant; ex diuina disp̄fatione incidit in  
languorē. Tandem, cum peritissimi medici circūstantias morbi in-

uestigassent, suaserunt ut potius de animæ quam corporis sanitatem ageret, afferentes, quod hæc species morbi, aut vix aut nullatenus decidi posset. Presbyter itaque præfatus, mortem cuniente oculos audiret adesse, beatum cœpit inuocare Bernvardum, ut ei à Deo spatium viuendi obtineret. Cumque hac precum instantia defatigatus, obdormisset, ecce postquam euigilauit, inuenit se ab omni infirmitate liberatum.

*Castrum Rauensi- berg. Nobilis virgo captiuo so- litus mirè vinculio li- bertas à s. Bernu- vardo offertum.*

Quidam miles deuotus de Padelburne Odalricus nomine, ab inimicis suis captus, & in castrum quoddam sublimissimum, quod Rauensberch dicitur, perductus, custodiæ ac vinculis mancipatus est. Qui videns se in magno vitæ discrimine positum, nec ullum patere effugium, toto corde confugit, ad diuinum adiutorium, sanctumque Bernvardum specialiter inuocans, lacrymis & suspirijs obsecravit, ut eum de presenti liberaret angustia, quatenus per hoc amplius mundo innotescerent eius beneficia. Quadam itaque nocte, ubi custodes obdormisse aduertit, compedem manu tentauit, experiri volens, si qua arte vel industria eximi possit ab illa. Inuenitque ferri duritiem, velut plumbi laminam præter spem emolliatam. Tunc, nemine sciente, & absque difficultate dissoluens omnia vinculorum retinacula, cœpit querere unde facilius evadere posset. agnoscentesque omnes exitus diligenter obseratos, committens se omnipotenti Deo, cum beati Bernvardi patrocino murum scandit, & ab alto desiliit; sed in nullo penitus eum, vel vallis profunditas, vel saxorum subteriacentium asperitas, læsit. Liberatorem ergo suum alacriter, & sine mora expetens, Hildensem venit, peractum circa se miraculum palam omnibus enarravit; atq; in testimonium peractæ virtutis compedem secum delatam, super beati Pontificis tumbam, pependit.

*Curationes pedum & cursum.*

Ortus quidam puer in Hildensem Ezici filius, distortum habens pedem, ita ut longior pedica curuata plantæ videretur contigua, pro quo cum parentes votum fecissent beato Bernvardo, puer recepto pedum officio, patrem ad se ulchrom sanctissimi præfulsi est secutus.

Contigit aliquando, ut reliquiæ beati Bernvardi ad villam Brandesleue deferrentur; in qua quædam virgo fuit, quæ ab ortu nativitatis vnius cruris officio erat priuata. Quæcum pro spe sanitatis ante reliquias prosternitur, cœperunt contracti cruris nerui cum tanta vi distendi, ut sonitus audiretur à multis. Ipsa vero doloribus nimis cruciabatur, sed post vnius horæ spatium, integrum recepit sanitatem.

Erat quidam miles in eadem villa, qui habebat filium, qui propter

pter alterius cruris breuitatem, sine sustentamine impotens fuit ad eundum. Hic ad beati viri tumbam adductus, cruri debili alteri coæquato, salutem recepit.

Obsessa multo tempore à Dæmone mulier quædam, de Traiecto obsessa ad beatum Bernwardum ducebatur. Diabolus autem, cum Hildensem appropinquaret, clamauit, se Bernwardi domum non intraturum, eo quod ipse hostis esset acerrimus magistri sui. Fideles vero, cum hæc audissent, trahendo & impellendo nihil penitus potuerunt proficere, donec ipsa de manibus trahentium se executiens, in lacum luto repletum defiliuit, ut dæmon ibi fæminam suffocaret. Quam extractam, ut mundarent extrinsecus, intellexerunt mundatam interius; & cum ingenti gaudio cum suis comitibus ad beati Præfulis sepulchrum peruenit.

Notificatur hæc miraculum plurimis per sequens. In Lubeck quidam Hinricus nomine sedit in mensa cum coniuge sua Mechtilda, hæc mox in furiam conuersa, à multis funibus est ligata, sacerdotes vero & Clerici reliquias apportantes, exorcismos & coniurations legebant. Tunc Dæmon prorumpens in vocem, clamauit Clerice quid te fatigas, propter te hinc non recedam; quia in furore suo vir eius mihi ipsam tradidit ad inhabitandum. Nam, & ego decem & octo annos in alia muliere mansionem habui, sed quidam me ad quendam Bernwardum trahere volebant, vnde me relinquerem oportebat. His auditis, necessaria pro itinere ad beatum Bernwardum parauerunt. Omnibus itaque preparatis, Dæmon claram cœpit: Bernwardum non audire, nec videre audeo, vnde me fugere oportet; & hoc dicto, abscessit: statimque mulier sensum recepit, & gratias suo liberatori egit.

Erat in Thuringia in Denstede vidua quædam Adeldrud nomine, per viginti annos à Dæmone fatigata; quæ ad patrocinium beati Præfulis confugieris, liberata est.

Matrona quædam in Magdeburch fuit, cuius filia cum in ultimo vitæ spiritu agonizaret, ex diuino instinctu quædam deuota Inclusa eidem persuasit, ut in beati Bernwardi memoriam, pro filia faniate faceret missam decantari. Cum autem missa decantaretur, ipsa infra missam beati Præfulis sedulo implorauit auxilium. Cui ab Ecclesia reuertenti filia laeta & incolmis occurrit; & continuo cum matre ad beati Bernwardi sepulchrum procedens, quam celeriter esset liberata, patefecit.

Venerabilis quidam sacerdos in Solschen fuit, Reinerus nomine, qui, cum quadam die pecora minaret de domo, virgæ particula oculo eius infixæ, tanto eum dolore affecit, quod oculum se posse

retinere, minimè credebat, qui abiens in aliam villam ad quandam Dei famulam, ut pro eo oraret, & votum beato Bernwardo faceret; completo itaque voto, ad villam suam cum rediret, pristinam sanitatem est in via consecutus.

*Hemoroi.  
dis.*

Erat in ciuitate Mindensi pauper quidam Hinricus nomine qui quadam infirmitate, scilicet sanguinis fluxu, grauiter tactus, ita ut ex hoc mortem sibi iam vicinam sibi adesse formidaret, tandem meritis beati antistitis Bernwardi, qui *pastor & pater pauperum*, communī vocabulo vocabatur, in vita sua, cui se hic pauper cum deuotione & oblatione cerei commendauerat, gratosè sanatus est. Qui beneficij accepti non ingratus, hoc quod voverat ad altare sancti viri scilicet Bernwardi, cuius in brachio argenteo seruat particula, cum debita reverentia cereo accenso, multis videntibus & Deum laudantibus fideliter persoluit.

*submersi.*

Civis quidam Mindensis, in vigilia sancti Ioannis Baptiste ad deuastandum castrenses de Vorenholte in Dominio de Lippia, Wiseram fluuium cum magna populi multitudine per vadum transiens ab aquis rapitur, & pene, sicut alij septem ex suis, per aquam suffocatis submergitur. Ipse verò sentiens, sibi mortem imminentem, beatum Bernwardum, cuius reliquie apud sanctum Paulum in Minda seruantur, inuocans, & suum humiliter implorans auxilium; & ecce subito rota de curru exiliuit, per cuius adminiculum & beati viri meritis, homo prædictus mortis horrorem, & periculum evasit. Domum igitur reuersus, statuam sue imaginem cœream rotam manibus tenentem ad altare supradictum, prot voverat, deuotè & humiliter portauit.

*Cruris fa-  
nati.*

Vir quidam de Oldendorp de hac felici festiuitate rediens, infoueam profundam lapidei montis cecidit; quo extracto, & in curiam delato, crus in partes confractum apparuit; qui nimio dolore cogente, se ad patrocinium beati Præfusilis contulit; & ecce mox diuinitus remedium sensit. Et quarto die ad tumbam rediens, Deo & beato Bernwardo gratias & laudes egit.

*Captivi li-  
berati.*

Quidam in cellario Hildensem ferro constrictus habebatur; qui sub inuocatione nominis sancti Bernwardi ferrum rupit, & surgens ostium, quo clausus fuerat, aperiri vidit; &, nemine se prohibente, vel vidente, ac detinente, prædicta die liberatus, ad tumbam sancti Præfusilis cum laude processit.

*Sacer i-  
gnis.*

Infirmitate valida quædam fæmina per biennium fatigata, & ex sacro

faero igne in tribus locis tantum infestata, ut auditu iam penitus esset priuata; quæ voto facto ad beatum Pontificem Bernwardum una parterecepit auditum. Sed, cum votum persoluere cœpisset, in altera etiam parte est seruata.

Vxor cuiusdam pauperis apud sanctum Michaelem in Hildensem porcellos octodecim dierum sub strue lignorum sine matre <sup>Porcellis.</sup> per hebdōmadam amiserat; quæ, voto facto beato Bernwardo sine nutrimento porcellos per tot dies manentes, in domum suam sanos & incolumes recepit.

Miles quidam in Elze habitabat, qui per aliquot annos vrinæ incommodo laborauit, nec medicorum remedijs poterat adiuuari. Cuius vxor plena fide, & spe ad translationem nouam ob spem salutis ab eo mittitur, & Ecclesiam sancti Michaelis ingrediens, se ad patrocinium beati Bernwardi contulit; quæ post preces deuotas domum rediens, ab omni priori incommodo reperit maritum penitus liberatum.

Duæ mulieres ipso die translationis, spe recuperandi visum adductæ sunt; sed una in Praesulem sanctum quasi durius inuecta, pro eo quod diutius clamanti spem paruam haberet, & propterea in uno oculo sanie prorumpente, quasi rupta vena visum recepit: alia autem multis videntibus, & orantibus illuminata est in oculis ambobus.

Vir quidam satis famosus & annosus, Hinricus nomine de Hassia ciuis Caslensis, pro negotijs suis ciuitate exiens, equester ad prædium quoddam, quod suum erat, visitandum in messis tempore. Hic ex improviso irruit in hostes ciuitatis nominatae; & ab illis capitur, & captiuus ducitur ad castrum incarcerandus. Seditigitur <sup>Captiuus.</sup> mærens in carcere cippo reclusus, & multum famelicus, quia in quinque diebus nihil sibi potus aut cibi ministrabant, debebat enim fame mori. Hic sic anxius, consolatorem nullum habuit: sed & mortem anxius exspectauit. Venit autem eidem ad mentem, qualiter sanctus Bernwardus nouiter tunc canonizatus, consolatus est quā plures tribulatos ipsum inuocantes. Ideo etiam ipse, deuotione qua potuit, voto prius emissō, quod cū oblatione notabili nudipes sepulchrum suum visitare vellet, si eum de carcere dignaretur liberare, & nec carnes comedere proposuit, nisi votum esset adimplētū. Facto igitur hoc voto, dormire cœpit in mærore suo, & sic quieuit nocte illa. Deniq; euigilans, inuenit se in cāpo per optimè sibi noto nō longe à Casle ciuitate sua, cuius erat ciuis; & compedes pedum ipsius prope cū. Nde latus surrexit, & ciuitatem gaudens intravit, & narrauit omnibus, qualiter per merita sancti Bernwardi Hil-

dennesemensis Episcopi esset de carcere mirabiliter, & miraculose liberatus. Et omnes, qui audierunt eum eo Deum benedicebant, & sanctum Bernwardum, cuius meritis restitutus erat pristinæ libertati.

*Mortuus  
puer.*

In Drispenstede puer quidam unicus filius parentum suorum, in foveam cecidit profundam, totoque corpore collisus, & mortuus, extrahitur, vnde parentes multum doluerunt. Mater autem ipsius sepulchrum sancti Bernwardi, maxima cum festinatione & deuotione petijt, & ibidem se prosternens, humiliter supplicauit sanctū Bernwardum, vt filium suum defunctum, precibus & meritis suis resuscitare dignaretur; & facta oblatione ad domum redijt; & filium, quem mortuum planxerat, viuum inuenit, & sanum. Deinde parentes una cum puerō resuscitato ad sepulchrum venerunt, & Dominis sancti Michaelis, nec non & alijs utriusque sexus hominibus, regestam in puero planè narrauerunt, & Deum in Sancto suo laudauerunt.

*Morbo co-  
missario.*

Vir quidam ciuis Brunsuicensis, dictus Hinricus de Bultzem, illo tempore, quo reliquiae sancti Bernwardi ad Ecclesiam fratrum Prædicatorum ibidem sunt delatae, filium habuit, morbo caducovalde conturbatum; hic audiens prodigia & signa, quæ Deus meritis sancti Bernwardi operari dignatus est in mortuis & infirmis, venit cum filio suo infirmo ad Ecclesiam antedictam; & ante reliquias sancti Bernwardi prostratus in oratione, petijt ab eo cum lacrymis, filij sui sanitatem. Denique surgens ab oratione, obtulit super altare argenti partem non exiguum; sicque cum filio suo ad propria reuersus, nunquam deinde morbum caducum passus est. Quapropter parentes ipsius grates maximas Deo & sancto Bernwardo retulerunt.

*Cecus.*

Eodem etiam tempore, scilicet anno domini millesimo trecentesimo decimoquinto, erat quidam prædiues in Brunsuich nomine Ioannes Grube; hic oculorum dolore sic turbatus est, vt cæcitatem incurreret, & in quatuor annis manus suas minimè videret; hic ut percepit quia reliquiae de corpore sancti Bernwardi ad fratres Prædicatores delatae essent, vocato ad se Priore informari petijt, qua reuerentia vel honore sanctum Bernwardum accedere posset, vt lumen oculorum recipere mereretur; qui à Priore informatus, illuc altera die cum uxore & filijs coram reliquijs sancti Præsulis humiliiter opem suam flagitabat. mira res & stupenda. Cum enim prædius cæcus in annis quatuor manus suas non vidisset, nunc ab oratione surgens, clare vedit omnia; & clarius quam vñquam, ante cæcitatem viderat; & fratres ibidem præsentes sine baculo visitans, si ne du-

ne ductore, & loquebatur singulis; & vnumquemque salutauit & nomine appellauit proprio. Vnde omnes admirati sunt, laudantes Dei clementiam, qui meritis sancti Bernwardi signum fecerat tam euidens, atq; mirificum. Ipse etiam, qui excus fuerat scilicet Bernwardum, omnibus diebus vita suæ in reuerentia habuit, & honore; & quicquid in eleemosynarum largitione & alijs pijs operibus ob honorem sancti Bernwardi expendere poterat, nunquam patiebatur neglectum.

Fœmina quædam fornicaria Hildesheim in lupanari fuerat aliquibus annis. Cuius Deo inspirante in Festo Translationis sancti Bernwardi ad menem venit, ut prandio peracto, visitaret Ecclesiam, & audiret verbum Dei, quod & fecit. Compuncta autem in illo sermone, de peccatis suis capit amarissimè flere. Sed, & finito sermone surrexit, & tens, ad sepulcrum sancti Præfus properauit, & prostrata ibidem flet uberior, rogans sanctum Bernwardum, ut eam de flagitiosa illa vita eripere & auertere dignaretur; possetque se cum emendatione in melius commutare. Et, completa oratione, surrexit, & præstibulum more solito est ingressa, & paruo post tempore clapsu, quadam nocte, ipsa dormiente videbatur sibi astare quidam in Pontificali habitu, vultu decoro, sole splendidior; qui, ait ad eam: surge filia, & exi ciuitatem hanc, in locum quo te Deus direxerit. Quæ surgens mane exiuit per portam indaginis; versus Hannover properauit, & ultra per ciuitates interatentes pergens, venit ad regalem ciuitatem Lubeck, & inde dirigens viam versus Yuclandian se conuertit. habebat namque fratrem in una ciuitate Yudandiæ, quæ dicitur Hadersleue, quem visitare proposuit, vt eius consilio ad vitam meliorem se disponeret. Venitque tandem in quandam villam non longè ab Vlenseborch distantem, & pernotans ibidem, cum quodam dñite Villano permanxit. Qui videns eam obsequiosam, cœnam ei præparauit, & mane facto, eam alloquitur, & pro pretio satis competenti in suo ministerio retinuit. Hic autem Villanus priuatus erat vxore, eratque ei substantia non modica. Qui videns eam virilem, & fidem, in uxorem eam accepit, diligensque eam, dedit ei omnia, quæ habuit, & sic bono fine senio confessus, quieuit. Quæ post anniversarium viri sui iuueniem opulentum accepit maritum, cum quo habuit omnem charitatem. Sed & meritis sancti Bernwardi hoc in se factum nouit, qui eam etiam ab infamia fornicariæ sua vita, quam prius habuerat, penitus præseruavit. Prædicta autem fœmina hoc deseretulit cuidam sacerdoti in Confessione anno Domini Millesimo quadragesimo trigesimo primo, sequenti sancti Michaelis die, ad quod Fe-

*Profligata  
ad frugem  
renovata.*

stum causâ deuotionis venerat, ut omni anno facere consueuit, vt  
Deo & consolatori suo sancto Bernwardo debitam solueret gratia-  
rum actiones.

*& suffoca-  
tione puer-  
liberatus.*

Cum puer quidam denarium in ore haberet, & more puerili lus-  
dendo, vel in ore voluendo deglutiret, repente præ nimio dolore,  
& anhelitus diminutione in gutture quasi suffocatus, morti appro-  
pinquare cœpit. Cumque candela pro exitu eius accenderetur, &  
mortem protinus exspectarent, statim fæmina quædam subintulit,  
dicens; sanctum Bernwardum inuocate, & offertorium ei promit-  
tite, & proculdubio releuamen percipiet. Quid plura? mater pueri  
tali admonitioni acquiescit. Sanctus Bernwardus inuocatur, &  
statim puer de clade mortis liberatus denarium eiecit.

Cetera Miracula sparsim scripta collectaque cum ad proxima  
nobis sœcula pertinerent, breuitatis consulentes, omisimus.

SIT NOME N DOMINI BENEDICTVM  
In. SÆCVL A.



TRANS-



## TRANSLATIO

S. EPIPHANI TICI-  
NENSIS EPISCOPI IN SAXO-  
NIAM OTWINO EPISCOPO  
FACTA.

*QVALITER RELIOVIÆ CORPORIS*

*S. EPIPHANII EPISCOPI TICINENSIS ET CON-  
fessoris translate sunt in Hil-  
denheim.*

**D**IVINÆ gratiæ sapientem, atque in sua dispositione clementem prouidentiam, caro humana, nec dignè admirari, vell lucide satis intueri suppetit, quæ sic suæ Ecclesiæ ab ipso principio electorum præuidit auxilia, vt dum hostis concitaret pugnam, hæc piorum meritis fulta, vi-  
trix palinam obtineret, & gloriam. Hinc est, quod tota Saxonia spirituali plaudens lætitia, plurima sanctorum pignora maioribus quoq; nescita deuoto includens suu fouet, & excolit, præsentis vi-  
tæ tramitem ac futuræ spem, certa credulitate illorum omnimodis cōmittens. Inter quos præcellit, velut Lucifer Epiphanius venerabilis pater, mirificus quondam Papia Docto, nostræ nunc patriæ magnificus defensor, vir sui temporis omnibus virtute imitabilis. Huius itaque tam præclari patrocinij viri, quia nostram Dominus illustrare atque munire dignatus est patriam, quo ordine illius sacrosanctæ reliquiæ, studio Domini Otwini venerabilissimi nostræ Ecclesiæ Episcopi aspirante, sint primum repertæ, atque ad nos vsque deductæ, vti isdem qui huic felicissimo intererat officio, & maxime Thangwardone venerabili presbytero, cuius opera præcipue in hoc enituit, attestante didici, nihil ingenio elatus sed deuotio-  
nis studio debito incitatus, stylo diligentissimè traditum posteris v-  
sitandum humiliter transmitto.

Cum Beringarius, vna cum filio suo Adelberto sceptra I-  
talici Regni inuaderet; atque vnius gentis diadema vtrique si-  
bi usurparent, in tantum ipse Beringarius auaritiæ exarsit

*Berengarij  
cupiditas.*

estu, ut pecunia captus ius fasque quaue confundens, aliquan-  
tum etiam determinis sancti Petri, prædatoria vi sibi arripere præ-  
sumpsisset. Ad cuius rabiem reprimendam Legatus Domini Apo-  
stolici Octavianus, qui & Iohannes, inuitatur Romam Otto Maior,  
civis Alpinus scilicet Rex, ut aut patriciati Romanæ vrbis, quæ sibi à  
majoribus suis competebat, descisceret, vel fessis eorum rebus suc-  
curreret. Accingitur itaque communis suorum consensu & consilio  
bellicosus Ecclesiarum miles, ac egregius Princeps contra Aposto-  
licum hostem, valida suorum semper & inuidæ septus manu. Epi-

Ottonis ex-  
peditio. &  
comitatus.  
Beringario.  
capto. Otto.  
creatur.  
Augustus:  
Papiam re-  
uersus. Ec-  
clesiasticæ  
studiorum.  
Othwinus.  
Hildensis.  
Bohemensis.  
Episcopus.  
in Reli-  
quias im-  
quirit.  
Ab Episco-  
pis eas im-  
petrat.  
Libros Ca-  
riarum di-  
sciplinarum  
in Italia.  
sibi compa-  
rat.

scoporum quoque comitatus grege, inter quos Dominus Otti-  
nus nostræ Ecclesiæ Præsul enituit, ipsi Principi tantum commen-  
datus, quantum fide probatus. Capto vero in Castello sancti Leo-  
nis Beringario, atque in Bauratiam cum uxore custodiæ destinato,  
Alberto nihilominus fugato, redditæ pace Ecclesijs, Romam iam  
Patritius & Imperator Apostolicæ benedictione, creatus Otto Cæ-  
sar, Papiam repedauit, Ecclesiæque per Italiam & Tusciam, prior-  
rum Principum sequitiae ac insolentia neglectas, ac desolatas cano-  
nicè reformatuuit, inque antiquum statum restituit. Per id temporis  
peruigil Dominici ouilis prouisor Othwinus Episcopus, licet cor-  
pore suis semotus, tamen studio charitatis illis coniunctus, & Bene-  
uolentia, qua misericordia respersus eos percoluit, quæque ad suæ Ec-  
clesiæ utilitatem & fratum commoditatem profutura præfensit,  
colligere studuit; præcipue tamen, ut fidæ sibi suisque conciliaret  
patrocinia, reliquias Sanctorum, quos apprime ibi celebrati com-  
peritab Episcopis petijt; facileque obtinuit; simulque, ne eius ope-  
ra in accipiendo alicuius versutia eluderetur, vir prudens prospe-  
xit. Librorum nihilominus tam diuinæ lectionis, quam philosophi-  
æ fictionis tantam conuexit copiam, vt, qui illorum penuria inertii  
ante torpebant, otio frequenti nunc studij caleant negotio. Et quia:  
lein huiusmodi profectu ab omnib[us] tantæ temperauit fastu, beatissi-  
mam Epiphanius Papiæ quondam Episcopi diuina gratia, admodum mi-  
sericordie sanctissima illa contulit pignora. Nam cum ille venerabilis  
translatio-  
ne. & vel ac-  
quisitione.  
Reliquia.  
rum opinio.  
Othwinus.  
Episcopus.  
neutraru-  
m agit.  
Tangyvar-  
dens.

nane cum ille venerabilis  
Pater, respectu diuini honoris, quo semper animo sollicitus extite-  
rat, ossa sanctorum furtim surripere, vel absque oraculi præmonitu-  
transferre, quasi præsumptionis duceret, ita tamen mentis suæ iu-  
dicium librauit, ut nec ipse non audendum quid aggredetur, nec  
quod esset agendum, sua auctoritate, dehortaretur. Vnde factum  
est, ut venerabilis presbyter frater noster, cuius superius mentione  
fecimus, in huiusmodi studio omnimodis deflagrans cum nil tale  
attentare, ne dum patrare præsumeret, erat enim æuo prouerbius,  
ingenio simplicior, crebris se inter orandum ieiunijs vigilijsque  
commu-

commacerans, sui votum animi diuino dispensandum commisit arbitrio. Non tamen in hoc cæpto vsquequaque Antistitis destitutus auxilio, qui tanto se acrius in singulis affligebat, quanto ambo-  
bus subtilius consulebat. Solemnibus itaque ieuniorum festiue ex-  
pletis, diuinitus, vt credo, ecce affuit Landvardi Mindensis Epi-  
scopi presbyter, nostro fratri contubernij gratia familiarissimus;  
qui illum adhuc titubantem, cum animum eius aperiret sollicitè  
de omnibus ac si idem quod ille sentiret, perquisuit, sanctissimi pa-  
tris Epiphanij reliquias, sanctæque virginis Speciosæ vno ambitu-  
templi inclusas auferre suasit, superuenientis noctis tempus, nec in  
aliud protelandum illis competere. Nec mora, complacitum est,  
collecto per diem huic officio apparatu necessario, nocturno suffra-  
gante silentio, Ecclesiam intrant se tanto opere terra tenuis strati,  
impare accusabant, audacis nihilominus cæptiveniam exorabat,  
illorum se patrocinio attentius commendantes, vt vel eorum reli-  
saltem sui, ab illis protecti cæpto pie remouerentur. Surgentes ita-  
que, beati Epiphanij sepulchrum recludere diu multoque sudore  
certabant, nulloque ingenio, cum omne studium impendendo cō-  
sumerent, proficientes, beatæ Speciosæ virginis tumbam in prom-  
ptus aperuerunt. In pavimentum itaque ante sacras reliquias reliquia tolluntur  
prœuoluti, orationique aliquantulum intenti, surgentes eas de- primo,  
osculando, hymnis & laudibus sustulerunt; quarum partem, qui quarum pars cedit  
fratribus nostri studio illi suffragabatur, piæ memorie Dominus  
noster Otvvinus, hoc postea una cum beati Epiphanij reliquijs:  
translulit, commendata, quæ sibi competebat parte Landvvar-  
do venerabili Episcopo. Sed, cum postea omnis spes nostri fra-  
tris, qua in adipiscendo sanctum Epiphaniū animo sudauit, Landvvar  
adipiscendo Landvvar  
sanctum do Min-  
Epiphaniū denſe Epi-  
scopo.  
  
pæne defriguisset, tentandique nullum vltra haberet solatum,  
ad orationum item ieuniorumque confugit præsidia, quod de se  
non præsumebat, huius sancti meritis attentius commendabat. E-  
uolutis itaque aliquot diebus, non sine magna sui contritione, quip-  
pe qui se pro huiusmodi studio Deo totum abstinentia & supplica-  
tione effudit, diuinitus in somnis admonitus, vt ipse mihi satis quip-  
perecundè, iactantiam namque omnimodiis refutauerat, expo-  
suit, animosior factus, ieunijs sisus simul & oraculo nocturno aspi-  
rante, tempore assumptis personis tali negotio probatis, Ecclesiam  
beati Epiphanij adjit. Cumque ianuæ quasi prioris successus gra-  
tia sibi commendatae appropriaret, pulsus custodibus, qui inseque-  
bantur cessit, ostiolumq; fenestræ instar bipedalis non amplius mē-  
suræ, ante sibi nunquam cognitum casu impegit, ingressusq; immi-  
nentium.

nentium declinavit impetum, delusitque studium. Fiducia ergo insueta fultus, erat enim simplicioris animi, socijs inductis, tentanda quoque primus aggreditur, illos & adhortatur. Primo sancti Patris sepulchrum solerti diligentia usquequaque perlustrantes, vident quod hypogeo specu ad quinque pedes sarcophagus, ut post claruit infossus, desuper marmore fulciebatur, quadrato insuper adhuc muro exstructo. Columna queque nihilominus marmorea altaris vice eius honorificata, simul & nomini caput versus stabat erecta, basis parte sarcophagum occupans, ut geminam praestaret gratiam, decorum scilicet & munimen. His igitur, quantum dabatur perfectis, consultius temporis & labori cedendum dicentibus, praedictus frater noster, primus officio accingitur, alios adhortatur; sicque gratia Dei, animositate freti facilimè muro partim rescisco, marmore immensi ponderis mirifice admodum à paucissimi remoto, purgantes locum sanctum, tandem inuenire sepulcrum. Illud igitur aperte certantibus, maxima difficultas occurrit de statua, quæ licet parte pedis, ut dixi supposita esset, ita tamen sibi vendicauit Sarcophagum, ut in aperiendo omnem studium eluderetur, & ingenium. Desperantibus iam omnibus, actu consilioque diu suspensis clarum diuinæ pietatis effulsit miraculum. Nam repente columna, quæ tumulum occupabat parte, stupentibus qui aderant frangitur, alia incolume Altare firmiter sustentante, ipsoque impetu currendo longius ab ambitu sepulchri reuoluta, facultate inque illis cæptum opus implendi, celeritatemque praestabat. Rebus deinde ad votum cedentibus, nil operis eludebatur, apertoque sine vi Sarcophago, tantus odor exuberauit, ut aromata æquè similitudine excelleret ac dulcedine.

*Conditorij  
descriptio  
in quo S.  
Epiphanij  
tumba es.  
terruata.*

*In sepulcri  
apertione  
statua vel  
columna  
eui Sarcophago  
altare in  
nixum mihi  
recedit.*

*Fragrans  
odor expi-  
rat è tunc  
mulo.*

*S. Epiphanij  
corpus  
tenatur  
ad Ortu-  
num Episc.  
deseritur.*

*In S. Mi-  
chaelis Ord.  
torio depo-  
nitur.*

*Otvvino  
Prefulo.  
lim Augie  
Monachus,*

Deo itaque in commune laudato, exsurgens à terra sacerdetus frater, ante tumbam bis vel ter prostratus, cum fide ac summa devotione cælestem thesaurum pretiosissimum sancti Patris Epiphanij corpus integrè colligens, puro atque ad hos usus parato linteo inuoluens, venerabilinostro Otvvino Episcopo desiderabile munus apportauit, nimium iam eius absentia suspecto quem & lectu- lovt alios deluderet cubando, perugil circa tertiam vigiliam præstolabatur. Quod ille ita, ut erat inuolutum, in Capella sancti Michaelis, iuxta quam hospitabatur, deuotissimè suscepimus, altari imposuit, deinde prostratus diurnis hymnorum melodijs, grates Domino magna animi compunctione litauit, surgensque scrinio ad hoc prouiso, religiosissimè reconditum, annuli sui impressione diligentissimè signans, Augiam Insulam, in qua ipse quondam Monachus regulariter enutritus & conuersatus est, Ab- bati,

bati, qui tunc Monasterio præsidebat, seruandum p̄t̄m̄fit. Facta <sup>co prmissio-</sup>  
 autem de hoc postea inquisitione, Imperatore grauiter <sup>tis s Epiphanius</sup> contra hoc  
 commoto, vnanimiter Clero cum populo conclamare sublatum <sup>Ficinensis</sup>  
 vrbis prouisorem, patriæ defensorem. Nam post sanctum Syrum, <sup>commotio-</sup>  
 cuius præcipue eo loci pullulant merita, huius sancti patrocinio <sup>post depro-</sup>  
 innitebantur, omnium Episcoporum Clerici iubentur examina- <sup>benjunctio</sup>  
 ri. Sed hoc terrore diuinitus, ut credo, cunctorum pace sedato, Re- <sup>factum.</sup>  
 ligiosus Pater Otvvinus, cura sibi commissæ plebis suspectus, quam <sup>3. yras.</sup>  
 biennio fere aulico, quamvis inuitus, seruitio detentus, reliquerat, <sup>Otvvinus</sup>  
 suam Ecclesiam reuise disponit; acceptaque Imperiali licentia, <sup>post biennio-</sup>  
 dum familiarius Imperatori colloquitur, secretum de Reliquijs <sup>um futura-</sup>  
 sancti Epiphanij in fidei pignus Præsul confitetur, siveque eius au- <sup>to Impre-</sup>  
 storitate fretus, Alpes versus properans, sospes his transiens, <sup>dit ad suis</sup>  
 Augiam Insulam concendit; ibiq; aliquantulum consistens, haud <sup>ad Augias-</sup>  
 minus obedientiam fratribus impertivit, quam dudum iuuenis <sup>dimentie.</sup>  
 consuevit; acceptaque benedictione, atque suo summoditatus Pa-  
 trono, Monachis reliquias deducentibus, profectus, ad stipulante <sup>Gratulatio-</sup>  
 itineris prouentu, aliquot diebus euolutis, incorruptum thesauro <sup>& occursum</sup>  
 sanctissimi Patris Epiphanij, pignora aliorumque complurium ad <sup>Hildeshe-</sup>  
 nostram perduxit Ecclesiam.

Quanta tunc populi lœtitia, quanta tunc fuerit matrum exulta- <sup>mienium</sup>  
 ria, vel quanta in occursum tanti Patris properantium Clericorum <sup>aduenientio</sup>  
 esset deuotio, quis valet euoluere? Quis ibi præ gaudio à lacrymis <sup>S. Epipha-</sup>  
 temperaret, cum decus Italiae nostræ affulsit patriæ; cum nouum <sup>nio.</sup>  
 fidus illuxit nostratis. Translatum est autem corpus beatiusdem <sup>XX.</sup>  
 Patris à fratre nostro, decima Kalendarū Decembrium die, ad nos  
 verò Dei gratia comitante, à Domino nostro sanctæ memorie <sup>Podagrictus</sup>  
 Othvino Episcopo, octaua Kalendarum Martiarum die, perdu- <sup>à S. Epipha-</sup>  
 etum, atque cum maxima populi frequentia vniuersique Cleritri- <sup>nto primo</sup>  
 pudio in Ecclesia collocatum est.

Illud etiam diligenti deuotione inserendum reor, qualiter in ipso principio sacrosancti introitus, tanti Patris signis ef- <sup>aduenientia</sup>  
 fulserit virtus. Nam die, quo sanctæ reliquiae ad nostram Eccle- <sup>mire sanas</sup>  
 siam perducebantur, ad tanti patris obsequium frequens in via v- <sup>sunt.</sup>  
 eriusque sexus occurrit concursus. quos quidam longa podagræ <sup>sur.</sup>  
 tabens molestia, lento subsecutus est gradu, fluentibusque iam <sup>Podagrictus</sup>  
 neruis, plus gressum baculo, quam naturali egit modo. Appropin- <sup>à S. Epipha-</sup>  
 quantibus itaque reliquijs, cum currendo quisque alium, ut in ta- <sup>nto primo</sup>  
 libus moris est, præuertere niteretur, repente ab omnibus, quibus <sup>aduenientia</sup>  
 comes ierat, derelictus, studio quo poterat innixus baculo, <sup>mire sanas</sup>  
 dol-

doloris, vita dicam, immemor, à tergo multitudinem, ne premetur effugiet, suos insequitur, sancti Patris merita, non quippe rusticum latebat, implorans assidue; cum ecce leniter podagricus humor restringitur, fluentes arteriae solidantur, ad cursum plantæ paulatim informantur. Nec tamen quanquam fide salutem deprecatur, occurrit, hanc in promptu sibi ad stipulari credidit, verum cautius se sustentans, dum omni corpore acrius nititur, baculus frangitur, ipseque toto pondere terræ illiditur. Vlnis itaque surgerenitens, dum pedum auxilium pertinet, & hos diligenter contrectat, intigerrimæ saluti condonatos, qui ante tumore induerant, reperit; exiliensque, sanctas reliquias comitando prosequitur. Et quia villa Vpstedē hospitabatur, quam domum incolebat Macco nostræ Ecclesiæ aduocatus, ab illo agnitus, cuius sedulitate quoque saepe fruebatur, dum curationis suæ ordinem illi contexuit, Deum in tam perspicua virtute collaudans, Venerabili Antistiti nostro Othvvino, hæc testis infirmitatis vel sanitatis exposuit, hoc mirificum perspicuumque opus reuelare, palamque prædicare suasit.

Nec minus quoque illud memorabile, & meritorium illius insigne prætereundum arbitror, quod ad modum mirificè Dominus in Vulferio nostræ Ecclesiæ Diacono, ad declaranda tam eximijs Patris merita, spem quoque simul totius congregationis erigendam, illius patrocinij operari dignatus est, cuius sanitatis tot testes existunt, quot supersunt fratres, qui illum in Monasterio tunc nouerunt. Renum namque vehementi dolore grauiter laborabat, nec medicorum quoque ingenio poterat mederi, licet multi gratia succurrenti accederent, pluraque impertirentur. Iamque iugis passio in augmentum progressa, acrius crudescere, atque per dies violentius crescere cœpit, ambulando usum vix baculo innixus egit: interdum quoque pedes, reptando manibus adimit, aliter enim non potuit. Ecce autem in vigilijs huius sancti Patris, primæ horæ diei psalmodijs Canonice finitis, fratribus ad collationem properantibus, obseratis adhuc iuxta normam Monasterialis vitæ ianuis Ecclesiæ, ille venerabilis vir hoc tempus, quo se tanto patrone attentius liberiusque lacrymis supplicationibusque maestaret, noctus, nec aliud per diem populis hæc festa frequentantibus competere sciens, suspirio graui, anhelitu difficiili durius, vt ante nunquam dolore agitatus, baculo nitens, vix quam dictu satis sit, per gradus brachiis manibusque reptando, ascendit; nam genua tibiasque saeuus iam per venas neruosque discurrens, inuaserat dolor, veniensque ante sanctissimum corpus se in terram cum multo la-

*Nephritis  
à Diacono  
S Epiphani  
ope profili-  
gatur.*

to labore, & ingenti doloris cruciatu proiecit, diutissimeque orationi immoratus, magna contritione cordis, se totum Domino profudit. Lacrymarum itaque vberius imbre profusus, vlnis nitens paulatim surgere parat, deinde leniter notum bacilli admodum, cautè auxilium pertentat; erectusque tandem sine dolore, miratur, stupet, nec tamen quamuis salutem optet, credere audet; manum admodum locum, vbi saeuus doluit, pertractat, nec signum doloris sentiens ullum pauciamento sternitur, Deum parentemque gratificat patronum, fortiterque surgens viso venerabili fratre VVirindago Presbytero, baculum salutis indicium, quo ante sustentabatur, leuat, valenter descendit, qui reptando prius ascendit. Stupefactus itaque frater repentina salute, occurrit descendant, authoremque tanti miraculi cognoscens, laudat; & quia ipsa die fratres lauandi negotio studebant, ad balneum illis in occursum properat, quibus suæ sanitatis ordinem pleniter exposuit. Quanto namque ab ipso sacrosancto reliquiarum introitu meritorum illius insignia quotidianis virtutum effulserunt incrementis, clariss facta quam verba loquuntur. Quotiens enim aëris intemperiem, vel pestis obortæ illuuiem illius reliquijs nostram urbem lustrando sedauimus? Sæpe quoque iugi siccitate arua torrente, easdem circumferentes quasi imperando pluias eliciuimus. Quis enim vñquam huius Sancti prouolutus feretro, & quanquam fractus molestia non mox erectus, animo inter orandum eius vicina præsensit auxilia? Sed hæc fortassis quibusdam videntur superflua; sunt tamen clara meritorum eius indicia, firmaque posteritatis solatia. Hæc tantum de beneficiis per beatum atque magnificum Antistitem Epiphaniū diuinitus nobis collatis pro ingenii mediocritate perstrinxi, quod audax inceptum ac viribus impar gemina, deuotionis scilicet, ac debita gratia subij, vt & fratum diligentiaz sequenti æuo opera Dei, quæ sicut scriptum est reuelare, & confiteri honorificum est, legenda deuotissimè subministrarem, nostro quoque tem pori, tam egregia Dei facta posteritatistylo transmittere, negligere incuriaz & inertia no tam, meo studio abster gerem.

ପାତ୍ର ପାତ୍ରକାଳୀନ ପାତ୍ର ପାତ୍ରକାଳୀନ ପାତ୍ରକାଳୀନ ପାତ୍ରକାଳୀନ ପାତ୍ରକାଳୀନ

SCHOLIA IN VI-  
TAM S. BERNWARDI.



*Arnoldus  
Gericus.*

*S Bern-  
Gardis-  
ta Saxonis  
sc̄ scripta.*

*Suriana  
vitamuti-  
lè edita.*

MS. Codex  
unde hac  
nostra de-  
spompsa.

**R E B R A** in actis S. Godehardi mentio B. Bernwardi,  
& operum eius memoria dignorum celebris recogni-  
tio stimulos subiecerat, ut eius breuiarium vitæ, ex ijs  
præsertim, quæ Surius præterijſſe voluit, vel asſequi ne-  
quijt, concinnarem, versibus vsus Arnoldi Goerini, qui  
superioris sæculi anno LV. vitam S. Bernwardi carmine Elegiaco  
luserat. Animaduerti inde præcipua veneratione, & religione hu-  
iustanti Patroni sui tactos maiores, ante duorum plus minus sæcu-  
lorum ætatem, eius vitam in Saxonum vernacula lingua de  
latino transtulisse; atque hoc institutum posteros imitatos, qui eodem  
idiomate, diuerso licet charactere, anno MDXL. eandem pu-  
blicarunt. Quibus ex rebus explorato velut inditio, vt aquileges:  
ante solis ortum ex halitu nebuloso scaturiginem latentium aqua-  
rum, ita equidem ex hisce narrationis præscæ vestigijs, vberioris  
memoriæ fontem excitari posse, confisus sum. Nam, quod S. Bern-  
wardi ~~ǣp̄īmūa~~ ad XX. Nouemb. Surius delibauit, ita mili sterile vi-  
sum, vt alijs omissis, alijs sponte detractis, non tam acta vitæ, quam  
vitæ decerpitos artus eosque laceros & dissipatos ostenderet, tota  
Gandeshemensi controuersia suppressa; quæ res certè continet, iu-  
dicio meo, literis, memoriaque dignissimas. Ergo solicitata velut  
Pegasi vngula Hildesiani Parnassi vena, fons emicuit tandem; ma-  
gnoq; beneficio & merito, cum nos, tum Ecclesiæ suam cumulauit:  
R<sup>dus</sup> Ioannes lackenius nuper eleætus S. Michaëlis apud Hildeneſ-  
hemium Abbas, cum S. Bernwardi patroni, & fundatoris vitam in-  
tegrâ in veteri ac probato MS. codice mēbranaceo ad me misit; ef-  
fecitq; bene merendo, vt non illius modo soli & domicilij decoro, q;  
Hæresis offuscatur, lux quædam seſe hominibus benignior offerret,  
sed Hildeshemensi Ecclesiæ, ex tam illustris Patroni cōmendatio-  
ne auctoritas, ac dignitas non minor, quam ex S. Godehardi præcla-  
ris facinoribus, quæ lucem iam adspiciunt, accederet. Itaq; Breuia-  
rio omisso, ad huius vitæ integrum editionem animum adiecimus.  
Et quanquam ætatis ratio priorem S. Bernwardo locum meritò tri-  
buendum suadebat, quia tamen S. Godehardi vitæ scholijs illuſtra-  
tam adi-

tam ad censuram iam foras dederam, quo ne vel tanto ornamento fraudaretur Hildeneshemensis Ecclesia, vel illius monumenti subsidio careret, S. Godehardi historia, quæ ex S. Bernwardi vita est, quoad acta Gandeneshemensis, plurimum delibata, vel ordinis dispensio obsequi placuit, publicæ lectoris utilitati, studioque.

*AVTOR VITÆ S. BERNVWARDI ET CODEX MS. unde ea desumpta.*

**T**ANGMARVS, S. Bernwardi à teneris Magister idem atq; laudator, gente Saxo in celebri Hildeneshemensi clericorum gymnasio liberalibus tradendis disciplinis, Primicerij, & Scholiarchæ prouinciam sustinuit. Eo in munere cum florentis æui partem presbyter posuisset, Bernwardo ad Episcopale fastigium euecto, ei cō filio rebusq; gerendis præclararam domi, foris, operam nauauit. Nam & Italicæ peregrinationis illi comes extitit, & legatione pro ipso trans Alpes ad OttoneM III. & Siluestrum II. perfunctus, ut ante Francofurti in Synodo à Willigiso Archiepiscopo Moguntino indicta Præsulis sui causam, absentis egerat, sic & in Tudertina Synodo à Sylvestro celebrata, eandem non destituit. Et de se fatetur ipse Monasterij Hildeneshemensis, ita namq; domicilia clericænobium seu vitam communem degentium appellare mos fuit, Decani honores, & officiū gessisse. An verò Bernwardo superstes vixerit Tāgmarus, cuius nominis non pauci stirpem illustrarunt Saxoniam, res non est plane manifesta. Enim uero, extrema vitæ S. Bernwardi, tum Monasterij S. Michaelis fundationem & operum, ac basilicæ molitionem, tum mortis ac funeris historiam cum non pertexuisse, multa, quæ & stylo discrepant & narrandi modo ανύβελα, & dissoluta sunt fidem faciunt. Et Codex ipse manuscriptus, vbi Gandenseshemensis controversiæ seriem usque ad Aribonem Archiepiscopum Moguntinum perduxit, disertis verbis, illud solenne referebat.

*Explicit Tangmarus.*

**V**ERVM, ne quis iccirco sequenti narrationi derogandum putaret, ad oram marginis recentiore manu expressum erat, quæ de origine fundati Monasterij, & excessu Præsulis subiiciuntur, plenariè in vero quoque originali haberi, quod indicio fuit, glossographum illum manuscripto usum prototypo, quod haud scio, an adhuc gentium ibidem extet. Sane pergamensius index Codici præfixus hanc Epigraphen continebat.

## VERVM ORIGINALE TANGMARI

Presbyteri & Monachi, de vita & moribus S. Bernwardi præfulis.

**S**ED titulum hunc Pseudepigraphum esse, res ipsa docet; cum neque Tangmarus Monachus extiterit, neque scriptura Codicis, ultratrecentos annos retro pertendat.

## VITAS. BERNWARDI SVB SIFFRIDO

Episcopo & postea ab aliis celebrata.

**V**ISSE quoque cum S. Bernwardi memoria apud Hildeneshemenses in obscurio iaceret, docent ij, qui acta eius primigenia, & honores instaurare aggressi sunt. Extat Epistola quædam nuncupatoria, quæ ab incerto autore Sigefrido, vel Siffrido Hildeshemensi Episcopo circa annum Gratiani MCCLXXXIV. inscripta; cuius nos, quia post huma & accessoria, ratione non habuimus, licet in edita Saxonice vita, & MS. latino Tangmari prologo adiuncta sit. Queritur is autor, S. Bernwardi historiæ, obliuionis eo tempore iniuriam hanc sensisse, ut multis etiam præcipuis in Ecclesijs, de eius sanctissima vita apice vixillum suis in libris ostenderent; cū tamen ipse in illo terrarum solo ob vitæ sanctimoniam tanquam Propheta degete illa, & fratribus eorum à Deo suscitatus, unus tunc coleretur Pontificis auctoritate à Saxonum gente in Cælitum numero: rectèq; & Ecclesia Hildesheimensi magnarū virtutum presidijs, & ciuitate mœnibus cōmunitati S. Bernwardum nomen suum, q; est Benetustodiens interpretatum. Igitur Siffridū Antistitē admonet, ut sicut ingenij dotibus illū natura, & morū p̄stantia virtus ornabat, ita cōmunitis Patroni veneratio nē amplectatur, & honores ei⁹ ac patrocinia instaurare ne dubitet.

S. Bern-  
wardi a-  
utorum ob-  
lusu.

S. Bern-  
wardus  
primus in  
ter Saxon-  
num Sam-  
bos.

Theodori-  
cus abbas  
S. Michaelis  
in Vitam  
S. Bern-  
wardi  
Gernaculæ  
descripsit.

Auorum quoq; memoria Theodoricus Abbas vitam S. Bernwardi scripsit idiomate Saxonico, sed multa circumloquens, seque diffundens, ex quo tamen non pauca illustrandæ faciant S. Bernwardi historiæ, præsertim in ijs, quæ vel cælatura, vel opere fuso, aliae fabrili arte ab se facta industriae præclaræ monumenta, in columnis, coronis, candelabris, crucibus, calicibus tum Ecclesiæ S. Michaelis, tum primariæ Basilicæ ceterisque templis reliquit.

Plures etiam, ut fit post Tangmarum scriplisse, de S. Bernwardo, satis Elenchus ostendit librorum, ex quibus posteri fatentur se vñq; & miraculorum seriem explessè. Qui Germanicam vitam edidere triginta capitibus, & vno distinxere narrationem, sed manuscripta Saxonice à Theodorico Abate, sicut & Latinus Codex nec lemmata agnoscent, nec capita.

EX FILIA ATHELBERONIS PALA-  
tini Comitis.

S. Bernwardi Natales.

**N**ON expressit disertè Tangmarus paternum genus S. Bernwardi, sed ad calcem historiæ, cum Tammonem celebrat Comitem Sommerschenburgi eius fratrem, satis ostédit paternam originem ad gentem Sommerschenburgiam referri; quæ postera quoq; ætate Palatinatum Saxoniz promeruit. Plane etiam affirmauit, Tammonem insedisse Sommerschenburgum, ceu paternum Castellum probè munitum, ut de stirpe paterna niliam ambigeres.

Porro Castellum id nunc ruinis, & nominis memoria cognitum duntaxat, in Magdeburgensis Ecclesiæ olim gremio cum comitatu situm, IV. fere milliaribus à Metropoli distabat.

Theodoricus Abbas Bernwardi progenitores numerat priscos Saxoniz Duces, qui Brunsvicensem familiam quoq; propagarunt, Sane maternus avus illi Athelbero Comes Palatinus, magni nominis & autoritatis in Palatio Ottonum, prole iuxta, censuque diues, quanquam in litteris, ex prole, quod sciam, non viuant, nisi mater, S. Bernwardi, & auunculus Folcmarus Ultraicætensis Episcopus.

## Palatinatus Saxoniae &amp; Rheni.

**Q**VI in Palatinas origines inquisiere, cum in tam latè patentibus siue Rheni, siue Saxoniz vocabulis, nullum stabilem inuenisse fundum sibi visisunt, in quo tot vestigia, & possessionū, quas posteri pepererunt vestigia ponerent, maluerunt hunc dignitatis titulum à Palatio Cæsaris & eius sacro Comitatu, cui quondam hic Comites, pervarios belli, & pacis usus addicti, id est ab officio, quam à certa ditione, Palatinis obtigisse. Nec inficias eunt eruditii ab Irenico Exeges. lib. 3. cap. 50. & alijs, rectè traditum, Palatinatus Rheni appellationem, & ditionem, nec veterem esse, nec abusque Caroli magni imo vix ab Ottonum ætate accersiri posse, cù Scriptor quoque celebris ac domesticus, de eo Palatinatu fateatur, ante quadrin gentos annos, neq; oppida, neque castra aut præsidia Palatinos ista tenuisse regione, ubi hodie rerum potiuntur, sed intra hos annos ea vel armis, vel alijs rationibus sibi peperisse.

Hoc igitur nobis iam sit constitutum sero demum postquam Imperij administratio citra Alpes Rheno plurimum, & Saxonico limite cohiberi cœpit, quia a trobiuis Imperatorius dicere, & cōuentus agere solet, Palatinos inde bipartito distributos; alterum Saxonici,

Sommers-  
cenburgi  
comites.Athelber-  
Palatinus.Palatino-  
rum origo.Palat Rhei-  
nensis.  
Marquard  
Freher  
Orig. Pal-  
lat. e. 2.Actas &  
institutio  
Palatian.

## IN VITAM

sici coepisse, scilicet, quia hic Rhenum, id est  
Orientalis, Bauariam obeunti; is, traectum

Saxonicum, vique ad Balthicum mare perlustranti Cæsari, cum dignitate, & ex officio adesset. Alioqui Palatinos his vel dignitate pares, vel stemmatis gloria iuxta celebres agnoscunt, Maiorum literæ, Wittelbachenses, Schirenses, Tubingenses, & qui apud Mosellam, & Rhenum inferiorem, & in Belgica amplissimum habuere patrimonium à regni Lothariensis Palatio, Palatini olim dicti Lothaiorum; quos ambitiosè video cum Rheni Palatinis à non nemine confundi. Atque hoc quoque sensu, vt tandem me instituto reddam, in Saxonia iam inde à Caroli Magni ætate, gentem extitisse certam tradunt, in qua Palatini dignitas, & officium resideret; Quippe Alberonem nominant Regis Edilhardi filium, qui titulum nomenque id in Saxonia gesserit.

Hinc, siue abrupta serie, siue silentio, re ignorata, Iuris Saxonici Scriptor meminit, ab Ottone II. hanc dignitatem Principibus Saxonie vindicatam, tacitis tamen eorum nominibus; vt gratiam Tangmaro posteri se debere sciant, qui Athelberonem S. Bernwardi patrem fuisse scribit; cui primo forte post Caroli tempora ea dignitas cum novo Ottonum imperio, contigit. Ait enim Tangmarus, eum commissæ præfecturæ exactiōem iussum potius quam volentem administrasse, vel, vt ipse loquitur, *magis ex debito quam intentione*. Exprimunt ad tempora Ottonis III. quoq; Tiedricum, & Burchardum, forte Athelberonis filios. Porro, cum interuallo Palatinatus Saxonici apex Gozecensi stirpi fuisset inexus, tandem sub annum Christi MLXX. Fridericil Imp. autoritate Sommerschenburgiæ familiae cessit, in qua CXXXVII. annis hæsit; donec Alberto eius stirpis ultimo sublato, Palatina dignitas venit ad Rochlitzios, Comitatus Sommerschenburgius ad Magdeburgensem Ecclesiam recidit. Valde, cùm ad eam rem quam agimus illustrandam, tum ad alia, quæ sparsim in hisce Sanctorum commentarijs attigimus, perspectiōne faciunt, quæ speculi Saxonici autor, probè commeminit Lib. III. Art. LXII. cum loca celebrat Palatijs regum, aut Palatina statione, & iure potissimum frequentata: Nam quinque ait in Saxoniacinitates inueniri, quæ Palantia siue Palatina dicantur, in quibus Rex debeat legitimis Curis presidere. Primam dici Gronam; VVerliz. \* secundam; quæ modo in Goslariam translata sit, VValhausen tertiam; Alste de quartam; quintam Merseburg nuncupari. In eas septem Feuda vexillorum esse definita, ducatus Saxonie, & Palantia. Neque verò interpretationem hanc speculi autor, vt quidam vult, admittat, ceu in Saxonia quinque numerauerit ipse Pala-

Palatini  
multiplices  
Adi  
Bruschy  
Monast.  
et Lary  
austriam  
Lotharsen  
ses Palati  
ni.  
Cir M. F.  
et orig.  
Palat.  
Origm.  
Sax lib.  
Saxonico  
rum uicis  
situdo  
Restituti  
ab Otto  
nelli.

Dietmar.  
Chron.  
lib q.  
Palatina-  
tus à Go  
Zecensi  
transfor-  
matur in stir  
pem Som  
merschen-  
burgiam.  
Orig. Saxon  
lib 1.  
Anno 1153.

Palantia  
sedes  
\* Verlaka

Palatinatus; cum potius hiscelocis, quæ recensuit, præcipue viguisse voluerit, præsidatū Palatij, & dignitatem Palatini. Et Grounæ nos sèpè meminimus, quæ teste Abbe Vrspergési, sub Hérico Au-  
cupe & Conrado I. valido stetit munita præsidio; & Werlitz VVer-  
laham idem dixit, vt & prisci Imbrapolin, arce regia inditam. Al-  
steta vero, Hercyniæ oppidum est, æquali inter Querfurandum, &  
Saugerhusium, vtrinque spatio diremptum. Mersburgum notius  
in Misniæ tractu, quam vt hic eius situs egeat radio nostro.

Gronna  
Civitas  
Werlaha  
Imbrapolia  
Alsteta.

Pag. VIII.

## FOLCKMARUS ULTRAIECTEN- sis Episcopus.

**H**ic XVI. in ordine, sedisse scribitur annis XIII. scilicet ab an-  
no DCCCCLXXVII. vsque ad DCCCCLXXXIX. Obiisse  
III. Idus Septembris, vt sepulchrum eius in Basilica Saluatoris,  
parte Boreali ex aduerso altaris S. Barbaræ monstratum. Ita cum  
Magno Chronico Belgarum, Heda & Beha Scriptores Ultraie-  
ctensium, At, H. Barlandus de Volcmato, summa utr bonitate, G.  
Noviomagus, Christiana pacis amator præcipius, Euangelica prædica-  
tione, vitaque insignis, post laudabilem vitam immortalitate donatur. Il-  
li, vt Hildeneshiemensum Diaconum, & inde Ottonis gratia ad  
Ultraiectinam sedem euectum, ita nobili Palatinorum Prosapia è  
Saxonia oriundum æque nesciisse videntur. Porro de Dauentri-  
ensi Cœnobio, & Ecclesia, ad S. Lutgeri vitam, quod satis sit, an-  
notauimus.

Polemari  
Episcopi  
Elegia.

Ead. Pag.

## S. BERNVWARDVS CONSENSU OM- NIUM PROCRERUM INSTITUENDA OTTONIS III. PUERI- TIA PRÆFICITUR.

**P**lures celebrantur Ottonis tertij, qui Mariano teste admodū  
puer regnare cœpit, educatores. Nam Originum Saxonica-  
rum lib. II. traditur Guarinus \* Colonensis Archiepiscopus  
formasset teneros Ottonis annos; post, Henricum Bauariæ Ducem,  
eam sibi curam depoposcisse; ac denique VVilligisum Antistitem  
Moguntinum præfuisse institutioni Ottonis. Verum de Henrico  
Bauariæ Duce & Vuarino Colonensi, qui vetera bene memine-  
runt, facile æstimabunt, illam non tam institutionem, vel educa-  
tionem,

Ottonis  
tertij Edu-  
catores.  
\* VVari-  
nus Colon:  
Arch.  
VVilligisus  
Mog Arch.  
Dismarus  
ad calcem:  
lib. g.

SCHOLIA IN VITAM

tionem, quam regiae proliſſe vindicationē. Enim uero, cognita Patris morte, anceps de successione proceres deliberatio tenuit; & odio Theophaniae Augustæ, transferre viſum erat nonnullis alio diadema. Quare puer Otto ab Henrico Bauaro Imperii cupido fuit ſepofitus; traditusq; VVarino Coloniensi Praefuli, donec Principum votis recalescentibus extortus de manu puer, regali tandem fastigio accinctus, est anno Domini DCCCCLXXXIII. \*

Otonis  
puerim-  
certa ſea-  
ptra.

\* al. 984.

lib. 4 Chrō  
ad ann. 984.

An Gerber-  
tus qui po-  
ſea ſylue-  
ſter iī Ot-  
tonis Ma-  
gifer.

tum quoque Ditmarus insinuauit, cum Adelheidis aucta matura consilia æqualium posthabuisse proteruiæ, & blandimentis, non tacuit. Quo scilicet Bernwardi, in tempestate vetis aduersis, laboriosior fuit gubernatio.

Ead. Pag.

### S. BERNWARDVS OTTONIS III.

*Cancellarius.*

**C**ancellarij munus gessisse, priusquam Episcopus fieret, manifestè ad annum DCCCCXCII. obseruauit Lambertus. Ditmarus tantum ex Regis magistro significat in locum Gerdagii electum Episcopum. Antelatum Tangmarus ceteris Palatinæ militiae Regis Capellanis, qui non nisi accepto, præmijfere vice, sacerdotio, missionem impetrabant, vel petebant. Quem more min Meinverco obseruauimus. Porro in fundationis Monasterij S. Michaelis tabulis Bernwardus se Ottonis III. profiteretur ipse, *Didascalum* fuisse, & *Primiscrinium*, quem vsus curia Romanæ runcappellauit *Protoscriniarium*; alij *Cancellarium*.

Iam verò hic anno DCCOCXCIII. dicitur ordinatus Episco-  
pus, XVIII. Kalend. Februarij, Indictione VI. Lamberti Chroni-  
con, sed numeris barbaris plerumque suspectis expressit 14. Ka-  
lend. Februarias.

Pag. IX.

### FERIAM QVOQVE ET LVNATI- onem & quotidie recitarifa- ciebat.

**P**RONUNCIATIO Lunæ vel diei, ut & Lunationis in Martyrologijs Ecclesiarum consuetudine frequentatur, & tritum: Lunam pro diebus accipi. & Lunæ mutationibus tritus, examissim Kalendæ Nonæ & Idus respondent. Super quare consule, quæ ad Kalend. Ianuarij Baronius notauit.

Ead. Pag.

### CENTVM PAVPERES DIÆTIM alebat.

**H**ic ferrei oris improbam Lodoriam dissimulare nequeo, quam Georgius Fabritius lib. 2. Saxoniarum originum, malitiosè huic ætati, qua vix vlla innocentium Antistitutum feracior, affinxit,

*Illumnia in  
hunc autem  
Episcopos  
& clerum.* cum sub Ottone III. comminiscitur, Episcopos & Cathedrales clericos degenerasse; & mox, ut si in Lutherani Euangelij tempora declamaret. Non visitabantur ait pauperes, non egeni alebantur, non hospitum cura erat, sed auaritia ita eos occocauerat, ut exactiōibus, & tributis insolitis plebem exhaustirent. Sileat iam omnia monumenta Ottonianæ tempestatis. Crispus alter in Saxonica historia repertus est, qui melius hæc omnia memoriter teneret, sed dilutivel Punica fide enarraret.

Pag. XII.

## CRUX S. BERNVVAR DI.

*Emblema  
Crucis Hil-  
desiana.* HÆC Crux in S. Michaelis Basilicæ cimelijs afferuata, magnæ adhuc in pretio ac veneratione est. Et visitur ibi Pontificis effigies vario Emblemate, & parergis ornata; crucem hanc dextra, leua pedum tenentis. In hac & Angelus ecclœ deuolans apicis supremi signat vestigium, cui scilicet, cum crucis tantilla portio deesset, supernè delata, & infixa creditur. Nec aliter Ecclesia Hildeneshemensis huius sui patroni imaginem, quam cum hac cruce exhibere confuerit.

Pag. XIII.

GANDESHEMENSIS TERRITORII  
& Monasterij origines.

EA s in vita S. Godehardi Arnoldus, sed ex Tangmaro longè quidem accuratiore descriptione delibauit, quam ceu in fonte suo studiosi antiquitatis hic iterum cupidè degustabunt. Nos, quæ ad priscam historiam adhuc intacta supersunt adiiciemus, præsertim de Ludolfi Ducis actis, & non ita passim obvia religionis, & pietatis memoria: Sed eius, age, primum genealogiam inspiciamus.

*Ludolfus:  
Saxonia  
dux, & e-  
ius religio  
& soboles.*

Wittichindus cuius frater

Bruno:

Ludolphus:	Oda F. Willigij	Ducis Franc. orient.
Bruno	Otto	Luitgart. Hadamidis. Gerberga. Christina
Otto		Luitgardis Arnulfi Cæs.F.

Henricus Auceps Rex,

Otto I. Imp.

Ludolfi, & libetorum clara memoria apud Witichindum, & præsertim magni ducis Othonis filij, qui Conrado primo sceptrum cessit. Abbas Vrspurg. in suo Chronico. Vir nobilis, & permagnificus

Lutol-

*Lutolfus, qui Romam religionis gratia profectus beati Papa Innocentij reliquias inde adduxit. Filius eius Bruno & Otto rex designatus. Luidgart filia Luduico Imp. Arnulfi filio nupta. Sic ille, sed pluribus, tres reliquæ cum matre Oda, quæ septem supra centum annos vixit, Gandeshemij religioni consecratæ.*

Pag. XIII. & XIV.

*LVIDOLPHVS SAXONIAE DVX CON-  
silio Altfridi Episcopi Romam perrexit, S.S. Ana-  
stasij & Innocentij reliquias dono à Sergio  
Papa accepit.*

**M**EMORABILIS hęc Ludolphi Ducis peregrinatio, cuius comes Oda coniux fuisse videtur. Quod Vrpergenfis de S. Innocentij reliquijs, id Tangmarus largè quoq; de Anastasij additis exuuijs, narrauit.

Ambo hi Pontifices vna serie Romæ sederunt, quo tempore Gothus vrbem, & orbis imperium attriuit. Illum S. Hieronymus Epist. xvi. ad principium valde laudauit; sub hoc, circa annum Domini cccc x. vrbs à Gothis capta est. Meminit Anastasius à Sergio II. horum corpora, vt & aliorum plurimorum in Ecclesiam S. S. Siluestri, & Martini, quā nouis ornamentis præclarè condecorarat, ex Cœmeterio Priscillæ, via Salaria, intulisse. Hunc Equitij titulum appellat Baronius Añal. Tom. x. vbi & huius translationis, & tabulę mar moreæ, in qua Marcyrum, & S. S. Pontificum Anastasij, & Innocentij nomina descripta, sit mētio. Sedit triennio Sergius hic iunior datus ab anno DCCXLIV. in annū DCCXLVII. De tépore huius Romanæ peregrinationis ad S. Godehardi vitam meminimus. De S. S. porro Pontificibus his Anastasio ad xxvii. Aprilis, Innocentio ad xxviii. Iulij consule Notationes Baronij ad Rom. Martyrologium.

Pag. XXI.

*S. BERNWARDVS ROMAM PRO-  
ficietur.*

**J**N confictu litis Gandeshemensis, validè aduersante Willigiso Mogūtino Archiepiscopo, maiore īcīlicet cūneo, nodus ille pelēndus. Annus mendosè in MS. codice notatus: editio vernacula MI. & V. Nouembris expressit, quo Bernwardus egressus. Rectius ego Millesimum puto poni, ex consequentium auctorū serie; nam anno sequenti II. Non. Ianuarij, Romam peruenit.

Atque ad illum annum puta Millesimum primum, vide quam multa & præclara gesta hic coniunctionur, quorum & fides & ætas neque à Baronio, neque Sigonio testium idoneorum inopia, attingi potuit.

*Synodus Romanas sub Siluestro in causa Gandeshemensi.*

*Synodus Palithi in Saxonia, à Friderico Cardinali contra Villigisum celebrata x. Kalend. Iulij.*

*Tiburtina ciuitas Ottoni III. dedita.*

*Romanorum defectio & rebello in melius versa.*

*Tuderti eiusdem anni fine ad Natalem Domini, quo Tangmarus ab Indictione forte xv. vel natalitys ipsi ferijs, annum nouum MII. inchoauit, à Silvestro rursum Synodus celebrata.*

Iam, vthæc gesta expendamus, ea, quæ cum Tiburtibus hæc &  
Liber de neg. Itali. & Tom. x. An-  
ual. Ecclesiast. & ex S. Romualdi vita, ambo causam obsidionis memorant, fuisse  
Tiburtina Mazolini Ottoniani Ducis cædem; placatum Ottонem quoque  
obsidio. à B. Romualdo, & illum cum ceteris, quos memorat Tangmarus,  
S. Romuald. duo: huius item ditionis autorem, & irarum deprecatorem fuisse.

Romanorum ab Otto III. defectio.  
 Romanorum quoque hæc vltima defectio, quæ sub Silvestro ex Tiburtium factione nata, à Ditmario insinuatur, et si Baronius fateatur eam sibi non fuisse exploratam. Faciem eius tumultus prodit fuisse Grégorium quendam à quo insidijs appetitus Otto, relicta familiarium in vrbe cohorte, fuga se proripere coactus est. Sed mox collectis viribus copijsque nouis, cum Romanis iam infestus imminet, S. Bernvardus & Militem ad rem fortiter gerendam Sacramentis Ecclesiasticis præmuniendum suasit; & ipse Imperij vexillum in hasta Dominica prætulit. Verum Romani impares se conspicati impendi periculo, dimisis, quos incluserant, Cæsar is amicis, pacem vltro veniamque poposcerunt, vt hic Tangmarus exequitur.

Reineri Reinoccy petulans calamus.  
 Äquum est infringere hoc loco Reineri Reineccij maleuolenter calatum, quo Ditmariani Chronicæ marginales oras passim petulant adspergine contaminavit; & ipsi quondam Baronio fucum fecit, cum dissimulans se legisse, iam Grégorium morte prius defunctum, ad huius factionis autorem alterum Grégorium dynastam Romanum contra in margine scribit, *Gregorij Papæ in Ottонem III. insidia*, quam sane calumniam non mouissem, nisi in Epistola dedicatoria longè turpiore lapsu hinc obseruasssem ab eodem damnatinnocentis Gregorij V. Papæ memoriam, cum mentitur animi illuminati, & nefariatum in Imperatorem molitionum à Ditmario acculatum.

Pag. XXII.

**BANNVM BANNO CONSTRINGE-**  
*re, indicere, bannire.*

**B**ANNVM mulctæ genus, & in LL. Longobard. LX. Solidorum, aut verberatio tot ictuum. Hoc pœnæ periculo euocare ad bellum mos fuisse dicunt antiquis, atque hinc ad Indictiones quascumque poenales ab ijsse vocem. Adi Pitheum lib. II. aduersus subl. c. xx. & Schardium in Lexico Iuris.

Pag. XXIII.

**HVG O IVNIOR EPISCOPUS CI-**  
*censis.*

**I**NTERFUIT Synodo Romanæ sub Siluestro II. Ditmaro notus, qui eius & Cicensis Ecclesiæ primique Hugonis diserte meminit. Fuit autem hic Hugo in ordine tertius Episcopus; ordinatus à Gisilario Magdeburgensi Metropolitano; & interfuit dedicationi Ecclesiæ Halberstadiensis anno gratia \* DCCCXCIX. Citiam vero, sive Citziam, cathedralem sedem in Mysnia Paulus Langius Chronicus suo Cicensi, amissione cum nomine titulo, Neumburgum tandem transmigrasse scribit; ut, licet Episcopi curia apud Citziam manserit, minor tamen Ecclesia maiori titulum eripuerit; ut qui olim Cicensis Episcopus, iam ab anno MXL, Cadolo sedente, Neuburgensis appellari cœperit.

Halbersta-  
dienſis Ec-  
clesia dedi-  
catio.  
\* 991. alii.  
Cicensis  
eadem  
cum  
Neumbur-  
genſis Ec-  
clesia.

Pag. XXIV. &amp; XXVIII.

**FRIDERICVS CARDINALIS PRE-**  
*sbyter.*

